


R. 3855


LAVRENTII
G A M B A R A E
B R I X A N I
P O E M A T A.

Non indebet expurgatione.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.


clo. 13. LXIX.



R. 3855


LAVRENTII
G A M B A R A E
B R I X A N I
P O E M A T A.

Hon enoyez expurgatione.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.

cl. 13. LXIX.



A D ALEXANDRVM
FARNESIVM CARDINALEM,
LAURENTII GAMBARAE BRIXIANI,
ARCIS CAPRAROLAE DESCRIPTIO.

HOs gelidos interfontes, umbramq; viren-
tem
10 Dum nos te canimus , nec non preclara
tuorum
Facta patrum, atq; tuis fundatam collibus arcem ,
Farnesia gentis columen, lateq; coruscans
Sidus Alexander, tu vati afflste canenti
15 Hac de parte, leuis qua temperat aura calores ,
Et nemorum placidis percurrit flatibus umbras .
Et vos ô faciles Nymphæ , quæ pascuaruris
Syllani, & Caprarole, colleig; Capenos
Incolitis, vos ferte pedem , námque ipse locorum
20 Hoc nostro dicam vestrorum carmine laudes ,
Et mecum platani subter confidite frondes .
Aduentu tepidi Veris latissima tellus
Aggeribus modò quæ nineis obducta rigebat ,
Diuerso campis florum redolebat odore :
25 Per nemora & latæ circum frondosæ volucres
Passim exercebant mira dulcedine cantus
Desuetos ob longam hyemem , siluaq; niniales ,
Et noua carpebant stabulis armenta relictis
Gramina, & è viuis hauribant fontibus undas .
30 Cùm Ladon (cui mille greges ad flumen Helori ,
Tercentum & tauri supra latera alta Pachini
Pascebant virides herbas) dilecta reliquit

4 ARCIS CAPPAROLAE

Littora Trinacria, genero comitatim Acestē;
Ut veteres consanguineos, urbemq; videret
Ante alias urbem egregiam, sceptrisq; potentem,
Quam vetus Etrusci interluit Albulū hymphis.

Qui postquam vidit veterum monumenta Quiritū,

Disecta, & prolapsa solo, rerūmque ruinas,
Ingemuit, dirum exitium miseratus, & urbem:
Arripiuntque viam tendens ad Thybridis amnem,
Hospitiū memori antiqui: visurus eosdem
Mīne locos, cùm vēla rotis aurora rediret
Crastina, & albergo lux celo immisit: tenebras
Disenteret nigra noctis. Dehinc Thybridis altas
Exigua rare vellus aquas transauit Acestē
Sicanio comite, & magni deuenit ad hortos
Farufi, quorum custos erat Umber Helenor:
Tecūque consilium seras sub nocte petiuit.

At custos cōsiderat uletatuī amici,
Atque virunque iubet domini succedere testis.
Protinus hos mensis, & gāzā accepit agresti.
Tunc leti inter se dāpibus vescuntur inemptis,
Et rebus, quas hortus heri facundus alebat.
Sed postquam depulsa famis, sublataque Bacchi
Munera, & agrestes epulis, sic inquit Helenor:
Quād Ladon tibi causa vie? quō tenditis ambo?
Dic age quid venias? an fors te aduersa fatigat?
Inutumque alios cogit te querere fines?
Nam capere tuo capiti canescere crines,
Sit membris non tarda tuis licet ipsa senectus.
Quād letor te nunc tantos subiisse penates!
Non scelus eluimus Ladon, respondet Helenor,
Nec nos exilium patriū à finibus arcet.
Hanc nos consilio uanimes accessimus urbem.

10

15

20

25

30

Est

DESCRIPTIO.

5

Est hic & cantu & calamis praelarus Acestē,
Et lati diues fundi, nemorūq; gregisque,
Qui gener est, sociusq; via, pariterq; laboris,
Sanguine conuentos nobis hic venimus ambo

5 Visere, & hanc praeclarām urbē, nos vector ab oris

Sicanis patriū Tyrrenha per aquora vexit
Thybridis ad Tusci fauces: pontog; remensō

Ille idem in patriam Tyrrenha per altū reducit:

Cras & eris noster comes, & dux hospes Helenor,

10 Si vacat, & cordi est: neque tu mirabere, me nunc
Has cupere effigies hominumque Deūmque tueri:

A teneris tenuit nam me huc tam immensa cupidō,
Quā me nunc etiam longē tenet: amulus & sum
Antiphata patris ipse mei, qui Pana, deamiq;

15 Pastorū, & geminos Satyros sub certa tenebat

Tēza domus Numidum e saxo, quā nunc ego seruo

Cūta, ob euentus rerum, regnique tumulus.

Habebitis sunt, & fundis magè cara paternis.

Im' in nox iam nigra tenebris

20 Oba & terras, surgamus Helenor,
Mem' grata demus defessa quieti.

Tu adona petit dextra, comitemq; sinistra

Hospes, & hac inquit: Cūm sol cras humida linquet

Equora, & has circum lustrabit lumine ripas,

25 Addam me vobis sōcium, & per singula ducam:

Nec toties audit a mihi narrare pigebit.

Hac ait: atque illos stratis thalamoq; locauit.

Sed postquam Titān nitidum tubar extulit undis

Oceani, subito stratis, placidoque sopore

30 Corripiunt sēsē, atque domos mirantur & hortos

Farnesii, & iuxta labentes Thybridis undas

Tunc custos horti, letus sic fatur Helenor:

A 3

Hac

Hac domus, atque horti sunt inter flumen, & altum
 Ianiculum positi, quos tu prope conspicis. est fons
 Deducens liquidam Tiberino à gurgite lymphas,
 Hōs, rigans hōrtos, fluuij, cœruius abundans.
 Mania sunt Libyam contra, qua Septiniana
 Est regio. his nostris non Africus ingruit oris;
 Sine calore graui premitur, seu frigore tellus:
 Sed placidi spirant Borea, non æstifer virit
 Hos hōrtos canis; at semper viret humida tellus.
 Hunc cerne Alciden Atlantis vasta ferentem
 Pondera, & aereos axes, diodenaq; signa.
 Has olim Paulus subter Farnesius umbras,
 Qui septem geminos colles, gentemq; regebat
 Romanam imperio, toties coniuicia duxit,
 Veliuxta hunc fontem, fluuij ad Thybridis undam, 15
 Tempore quo Thybris felix in lata fluebat
 Aequora, & hanc claram placidis decursibus vi
 Scindebat, letusque suo gaudebat alumno.
 Nec sum animi dubius, eadem quin te
 Sint reditura, fluatque iterum pater. 20
 Vorticibus, cūm præstantem de stirpe
 Prospiciet Pauli Lauinia regna tenentem.
 Sæpe & Alexander sedem hanc inuisit & hortos,
 Quæ Pauli est de prole satus, luménque senatus
 Purpurei: & totos horti per compita soles, 25
 Aut subter platani frondosâ umbracula condit.
 Aspice odoratum citri nemus: aspice poma
 Aurea, quæ non sunt vigili seruata dracone.
 His semper ramis partim sunt mitia, partim
 Immatura virent: texunt tabulata Falerna
 Et Preciae vites: nec defit fertilis arbos,
 Quæ fert omnigenos diuerso tempore fructus.

Hic

5

10

20

25

30

Hic & humus vario florum perfusa colore
 Ridet, & increpitat tarda surgentia Veris
 Tempora, & Hesperis spirantia flamina ab oris.
 Sed Veris producit opes, herbásque, priusquam
 5 Adueniat Ver purpureum, Zephyrique tempestes.
 His dictis, Thyberis tranarunt flumina cymba
 Exigua, celsas ades, & regia tecta
 Visuri, que iam Paulus Farnesius olim
 Condidit, hac quondam clararegnator in urbe.
 10 Tunc admirantur referentia marmora viuos
 Herculeos vultus, stricto & mucrone sub altis
 Porticibus stantes nudato corpore Thracas
 Intrepidos, pugnæque auditos. vident ut Dea florum
 Floribus omnigenis leues stet cincta capillos?
 15 Has solido varias spectate è marmore formas.
 Zethus hic, Amphionque intorto spumea fune
 Indomiti bouis ora tenent, scuamq; nouercam
 Inuisam matris arripiant, longeque firentis,
 Atque reluctantis toto cum corpore Dirce
 20 Fune ligant collo tauri, miserisque fluentem
 Projecere in aquam, qua Dirce nomine dicta est.
 Aspice honoratos ciues, quos regia Roma
 Produxit claros olim, terraq; marique:
 Quorū hic sunt capita Oebalio de marmore tantum.
 25 Hoc caput ultoris Bruti est: stat Cæsaris illic:
 Pompei stat parte alia, iuxtagaque Cupido,
 Quo non Ausonia tota est formosior alter.
 Hic Pan Damet am calamos percurrere labro
 Edocet, egregius fama quem Datracus olim
 30 Celavit lapide ex Phrygio: hic Cypris amori
 E manibus arcum eripuit. Procul aspice Ladon
 Delphinum dorso puerum super alta ferentem.

A 4

Hac

Hec rerum est natura parens è marmore viuo.

At dignos superis thalamos, operosaque postquam
Signa Deum, pariterque hominum niuco ex oricalcho
Aut gemma, aut lapis ex Pario monstrauit Helenor.
Ile vi. iiii secuit Capitolia ad alta Quiritum : 5
Atque alacres intrant renouata palatia montis,
Romulidumque vident bello parta inclita regna.
Atque ex ære lupam, præbentemque ubera natis
Ex Rhea quondam genitis, ubi marmore Cæsar
Calatus pariterque Augustus, & Herculis ingens 10
Ex ære effigies : hic Bruti, hic signa Quiritum
Plurima sunt, partim è saxo, partim è corusco.
O Ladon olim celebrat am hanc aspice rupem
Tarpeiam, quam nunc pascuntur equique gregesque.
Hac in parte forum Romanum conspice : vendi 15
Nunc solet his certis pecus armentale diebus.
Aspice Aventini sedem, quo Cacus abegit
Alcide tauros, & quo nunc multa domorum
Tecta vides, vada scindebat tunc lata paludis
Nauta rate hos inter precelso vertice colles. 20
Tantum tempus edax valet, & longinqua vetustas.
Valle erat hac de parte ingens, atque atra vorago,
In quam vetus equo, saltu se Currius armis
Incinctus dedit, afflita commotus amore
Ante alias patriæ, & tanto se Romatimore, 25
Et luctu soluit, terraque coiuit hiatus.
Hanc summi partem montis liquere, petuntque
Partem aliam, qua Romulidus dat iura Senator.
Ad comitesque suos inquit conuersus Helenor :
Hi laua ac dextra positi de parte gigantes, 30
Fluminorum sunt simulacula, è marmore; quorum
Bellando vicit Romana potentia terras.
*

Hac

Hac autem Pauli est niueo de marmore imago
Farnesi; hic quondam placidus moderator in urbe
Qui fuit & rerum prudens, cui sponte dicauit
Hoc capitolina simulacrum in sede senatus
5 Romanus, populusque, quod instaurauerit urbem
Deformem, multasque vias construxerit, illasque
Ornarit; quo pestiferas non amplius auras
Auspice Roma timet, prius ut miseranda timebat.
Aureli ex ære effigiem mirantur equestrem :
10 Septimique vident monumenta, & fortia bello
Fornice in excelso facta, & præclara trophyæ
Parta manu, & varios habitus atq; arma, tubasque,
Ferratoque vident, disiectos aricte muros.
Deinde Palatini vertunt ad culmina gressus,
15 Et grato accepti hospicio. Sic fatur Helenor :
Hic locus est ubi longeaus rex condidit olim
Euander primas arces, letusque recepit
Hospicio profugum Aenean : hic magnus ab oris
Hesperijs rediens olim Tirynthius aedes
20 Inuisit, quas tunc Euander Graius habebat.
Hic erat imperij sedes, hic sceptræ tenebant
Romulidum primi reges, hic proxima celo
Templa Iouis statoris erant, hic alta Quirini
Regis erat domus, atque aliorum tecta Quiritum
25 Ardua; fulta auro, & Phrygiis decorata columnis.
Hic sedem egregiam, & praetoria Diuus habebat
Augustus, montisque sub hac radice fluebat
Tyrrhenus Thybris, qua Dardanis flia natos
Indoluit fluvio expositos; quos Faustulus alto
30 Aspergans limo, qua parte recesserat amnis
Sustulit, infantesque lupa nutrice gemellos
Instabula alta tulit, præberet ut ubera coniux.

A 5

Pons

Pons erat hic etiam, qui coniungebat virosque
Hos colles, qui fornicibus, parièrque columnis
Marmoreis innixus erat : vestigia nulla
Apparent, atque hos inter fundarat Asylum
Romulus; hac parte etiam spectabitis hortos
A dextra partim irriguos, quis maximus olim
Circus erat : quo certamen nauale solebant
Romulide, inque lacu belli simulacra ciere.

Hæc montis pars, quæ Thyberim, Capitoliq₃ alta,
Romanumq₃, forum spectat ; concessit in usum
Hortorum, dominumq₃, oblectant culta potentem
Farnesum : dehinc progressus monstrat Helenor
Parte alia, templi vestigia plurima pacis,
Fornice & excelsa Solyma jffolia inclita agentis,
Et candelabrum, diuini & fæderis aram : - 10
Bis senos spectant fasces, totidemq₃ securis,
Et Constantini præcelso in fornice pugnas,
Consicuūmq₃, altumq₃, Titi, & patris amphitheatrū.
Inde Quirinali viderunt colle superbos
Quadrupedes, & virgineos gener hausit Acestes 20
Cum socero latus latices, Neraeque columnam
Traiani, atque Antonini videre, Iouisque
Vloris templum immensum, iuuenisq₃ theatrum
Marcelli, & tumulum Augusti, molēmq₃ Adriani.
Deinde viam carpunt ad culmina Vaticani,
Pyramidēm₃ vident iniucti Cesaris, edēm₃
Antiquam Phœbi : Phœbus cùm luce sua iam
Stellantis medium spatiū superasset Olympi.
Et templum ingressi submisso poplite magnum
Aeterni patris numen venerantur, & illud 30
Immensum mirantur opus. Mox inquit Helenor :
Hanc Diuus statuit Paulus Farnesius aram :

Hanc

* 5

10

*

15

20

25

30

Hanc sibi preterea effigiem duro ex oricalcho
Celatam tumulo imposuit; qua leta referret
Ipsius ora senis, Latuq₃, insignia regni.

Mox celsas superant sedes, atque aurea magni
§ Tellta patris, quibus inspectant cincta atria longis
Porticibus, sedesq₃ Pio iam Principe quarto
Insubri erectas, atque addita mania monti,
Incinctamq₃ nouis Adriani manibus arem.
Hic ubi Laocoonta vident, Phœbimq₃ sagittas

10 Tendentem, atque alias calato ex marmore formas.

Hec ubi sunt spectata satis, descendit Helenor
Cum sociis, portamq₃ petit, sedesque superbas
Visurus, quas Tyrrhenus fundauerat olim,
Septimus his nostris clemens moderator in oris :

15 Principibus loca grata, canis cùm leviter alto
Apparet calo, & rapidis coquit aethera flammis,
Non longè qua pons Thyberini Milvius alto
Fluminis herbosas coniungit fornice ripas.

Hic primum ante fores inuitat Helenora custos
20 Hospitio, comitesque simul, subeuntq₃ superbis
Porticibus; quos ille manu complexus utraque est.

Dum verò mensas ponit propè murmura fontis,
Atque epulas parat agrestes Laurentia coniux
Almonis (cui ruris erat data cura beati,

25 Hortorumq₃, domusq₃) viros ducebat Helenor
Compta per, longasq₃ vias, subierque virentum
Siluarum ramos, & per vineta, canasque
Conuales : variisque ortus monstrabat aquarum,
Qui passim humectant benevolentis floribus hortos,

30 Et stagna efficiunt, quibus imitat humida ponti
Progenies, gaudetque nonis colludere lymphis :
Signaque prospicunt viros spirantia vultus :

Quorum

*Quorum oculos spectata diu pictura tenebat,
Quam teclit interior paries sublimis habebat.*

*Singula sed postquam leti aspexere, reuiseni
Almonem; quos ipse domi expectabat. At illos
Ut vident, celer occurrit, dextraque prehensor
Collocat, atque iubet positis discumbere mensis,
Qui dapibus simul, & grato sermone fruuntur.*

*Vt vero sublate epule, sic fatur Helenor:
Si vobis sedet hoc, cum terras lux noua Phœbi
Lustrabit, pelaque altis emergerit undis,
Et nitido vicina dies albescat ab ortu,
Hinc Caprarole celas tendemus ad arces,
Quas struit insignis fama Farnesius inter
Siluarum longos tractus, montesque Capenos.
Hanc prius Hesperij quam solē immergat in undis
Optatam à nobis non fessi intrabimus arcem.*

*Tunc contra Ladon paucis respondet, & inquit:
An magis optarim patrios inuisere colles,
An has vulgatas utroque à littore sedes
Oceani, dubia est nostræ sententia mentis.
Sed tamen hanc arcem visendi immensa cupido
Me tenet, & generum pariter. Nam sepe Nealcem
Audiui, qui pascit oves per prata Panormi
Florea, tollentem calo surgentia tecla:
Hortorum & pariter laudes rurisque canentem,
Atque Aegocrenes fontem, pariterque perennes
Fontis Acidalia picto sub fornice lymphas.*

*Tunc Almo, surgamus, ait: nam roscida Phœbe
Noctuago curru celi spatiis ardua pulsat.*

Tunc fessi placido se composuerit cubili.

*Iam revoluta dies matura luce ruebat,
Et iubare infuso lucescere coepérat omnis*

5

10

15

20

25

30

Terra-

*Terrarum, & pelagi tractus, radiantiaque alti
Tecla poli, cum sopitos somno excitat hospes.*

*Illi alacres surgunt stratis, quibus optimus Almo
Monstrat iter breve per colles, florentiaque arua.*

*5 Denenere nouas sedes, operosaque magni
Atria Farnesi, cum sol iam fessus ad oras*

Hesperias flebilebat equos, volucresque quadrigas.

*Mox superant placidū collē: Tuscumque Lycormam
Texentem inueniunt frondosa umbracula sacrum*

*10 Fontem Aegocrenes circum, rigidaque secantem
Silvestres ferræ truncos, scissaque flagella*

Summa immittem facunda ex arbore ramis:

*Insita vt è proprio trunco, tunc fertilis arbos
Ignotas frondes, ignotaque poma sub auras*

15 Efferret, decori hortorum, fuluque virentis.

*At postquam ante oculos prospexit Helenora custos
Hortorumque domusque, opera interrupta reliquit,
Atque illum amplexus medium, sic ore profatur:*

Te Vere aduenisse nouo quam letor Helenor,

*20 Ut possis hortos florentes cernere, quos iam
Ha nostra coluere manus: quoque ordine flores*

*Sint positi, vel culta quibus mage gaudeat herbis
Area: & ut sipes niente intertexta ligustrum,*

*Et lauri myrtoque pari. nam cetera nostri
Communis iussu domini distincta videbis.*

*25 Hac fert cæruleos Autumni tempore flores
Area lata croci, qua non fecundior illa*

*Est circum hos letos colles, longinquaque circum
Hac loca: non illum florentem interficit aut mus*

*30 Agrestis, vel talpa nocens, aut noxia monstra,
Quæ passim terra alma creat scientibus aruis.*

Et sicut Veris decus est rosa, sic crocus ipse

Autumnus

Autumni decus est, pictis cùm floret in hortis.

*Cedat Amyclae flos sparsus è sanguine natus,
Cephisiq; puer, nunc flos generosius in aruis.*

*Sed cùm sera dies una cum sole recedat,
Et duplacet densas nemorosis vallibus umbras,
Ad sedem tendamus iter. Tunc inquit Helenor :
Adduxi mecum hos socios, qui Dædala signa,
Atque hortos, positasq; domos ad Thybridis annem.
Viderunt domini, & veteris loca diruta Rôma :
Hus etiam duce me cupierunt visere sedes,
Quas olim Siculus laudauit sepe Nealces,
Et pastorali vexit super astra camena.*

*Tunc horti custos fatur sic ore Lycormas :
Has inspecturos ædes non miror ab oris
Trinacria venisse viros ; nam seu coquit agros
Sirius, aut passim grauibus rubet via racemis,
In glaciem seu vertit hyems stagna alta Paduse :
Seu cùm terra tumet Zephyro spirante; frequentant
Visendi has studio sedes Romanus, & omnis
Ausonia, atq; Tagi quisquis bibit accola fontem,
Quiq; bibunt Ararim, Rheniq;, Istriq; fluenta.*

*Mox celsas subière domos : mensamq; Lycormas
Consortem thalami iussit sub aperta parari
Atria, quæ spectant. Nepetam, Sorœdis & arces
Æriæ: illosq; iubet discumbere mensis.
Tunc coniux ægle celo sub fornice lychnum
Suspedit, struit & mensam, Cereremq; ministrat:
Defructaq; antiquum longè redolentia Bacchum,
Et sale terga suis durata apponit, & agni
Pectus, & albentes armos: qui gramina nondum
Carpere, nec patriis stabulis exire solebat.
Huic mensæ non pinguis anas, volucresq; cohortis*

(Quos)

(Quos tales custos telli seruabat in usus)

*Defuerunt : non ruris opes, namque optimus ollis
Farnesius dederat mandata, ut si quis ad ipsas
Visendi studio celebres accederet arces,*

*5 Non illum comitesve suos prohiberet aperto
Hospicio; mox accelerans mollissima defert
Vina Micon, cellis non cedere sueta falernis,
Quæ circum vimeta frunt, collesq; Capeni :
Detulit & succos vna, quos inclitus olim*

*10 Syllani Paulus ruris conseuit in oris.
Ut verò ventum est ad mensæ dona secunda,
Vimineos nucibus calathos, pariterq; volenis,
Castaneisque pirusq; Micon, Rhodiaque rubenti
Implet, & apponit quadris : nec plurima ibi nux,*

*15 Vel radij defunt, opulentaque copia pressi
Lactis, Amineumque nouum de palmitæ nectar
Collectum. At postquam dapibus consuetus edendi est
Pulsus amor, surgunt mensis, varioque fruuntur
Colloquio inter se, donec sopor aliger artus,*

*20 Illorumque oculos premeret. Tunc ipse Lycormas
In thalamum socios duxit, stratisque locavit.
Humida iam summo nox decedebat Olympo,*

*Atque inducebat terris Aurora nitentem
Clara diem : atque hortis volucres, filiusq; caneabant.*

*25 Implebantq; nouis nemorum concentibus umbras.
Nec caueis inclusa cauis sua fatigata filebat*

*Infelix Philomela : toro cùm surgit ab alto
Ladon, atque aperit in bare exoriente fenestras,
Pacatumque videt calum, cœliq; serena,*

*30 Aeraque ingenti plenum dulcedine Veris
Aduentu : & vertens oculos prospexit in hortis
Stringentem sepes, & odora rosaria falce,*

Et

Et transportantem plantaria viua Lycormam
Tunc generum pariterque acciunt Helenora Ladon,
Vnanimesque petunt iuxta sita culta Lycormam
Luce laborantem primis; qui protinus illos
Ut vident, medio feso tilit obuius horto,
Atque opus incepsum liquit, dehinc talia fatur:
Haud volui vestros, dum nox tenet aethera, somnos
Rumpere, sol herbis infuso lumine donec
Decuteret gelidum rorem per lubrica prata.

Hec dicens, illos ad regia testa reduxit.
Ascendunt scelus, quarum formatus in amplum
Est orbem ascensus facilis, placidusque: ubi magnum
Scelerum in medio spatiatum, circumque columnis
In cinetum validis, nec non & fornice lato.
In primis templum augustum properantibus intrant
Passibus, effunduntque preces, & numen adorant
Suppliciter patris aetherei, cum voce Lycormas
Atque manu socijs mirantibus explicat omnem
Picture seriem viuacis, & edocet artem
Egregiam, textum mirabile, monstrat & aram,
De nibiloque Deum eternum vagi sidera, & altum
Aethera, & Oceani tractus, terrasque creantem,
Et solem, lunaeque globum, volucresque, ferasque;
Formantemque hominem manibus, thalamique ingalis
Consertem; pictosque viros monstrauit in ade
Bissenos, olim fidei fundamina nostra.
Parte alia Deus omnipotens in marmore vasto
Immergit Pharias vna cum rege phalanges.
Mox intrant Domini sedes, aulamque patentem.
Hic ubi praelaram Farnesi ex ordine gentem
Spectat Alexandri Ladon, titulosque parentum
Aut bello aut pace emeritos, & fortia facta

Ante

5

10

15

20

25

30

Ante oculos: sistitq; pedum vestigia, & inquit:
Hanc seriem rerum immensam non peneat te,
Quam circum pictam aspicio, memorare Lycorma.
Ille autem miro picturam ex ordine dictis
3 Expedit, antiquam referens ab origine prolem
Sanguine, & illustrem factis. En aspice, dixit,
Hos circum Heroas, quos belli gloria duxit
Astra super, toga vel sacro insigniuit honore.

Hic Guido veterem tenuit Farnesius urbem

10 Imperio, quem primores populuq; vocarant
In regni sceptrum: quos iam discordia ferre
Inter se (infandum) scelerata coegerat arma.
Hic solitam in sedem ciues, urbiq; salutem
Reddidit, & finem posuit ciuilibus armis.

15 Ranutium hunc bello Quartus praeficit, & armis
Eugenius, cui post rebus feliciter actis,
Ex auro radiante rosam transmisit habendam
Ob meritum; qua sueta dari est nisi regibus olim,
Et ducibus, quos iam virtus super aethera vexit.

20 En Petrus, quem clara ducem Florentia bello
Fecerat, ingreditur cunctis plaudentibus urbem
Pisarum duce captivo, casisq; triumphans
Hostibus. Hic etiam Rainerius eligitur dux
Agminis Etrusci, cum bello clarus & armis
25 Germanus cali lumen liquisset, & auras.

En alter Petrus, qui fusi hostibus urbis
Romanae, prolapsa Cosa iam mania bello
Restituit, ducens Vulfini ex urbe colonos:
Videlicis pugna monumentum, eternaq; facti
30 Praemia. Nicoleon etiam Mauortis alumnus
Aspice, qui bello Romani principis hostes
Fudit, & ad mortem duro in certamine traxit,

B

Feli-



Felicitatemq; urbem longa obſidione lucuit.

*Hic vir, hic eſt Paulus praeclari nominis huius
Tertius, Aeneadum paſtorque, & rector oculis
Aeterni patrii; quo non magis clarius in alma
Urbe fuit, quam caruleis ſecat Albula lymphis :
Seu ſacros inter proceres incederet oſtro
Iaſignis, ſeu cum Luvina ſceptri teneret,
Et Romanam facili imperio. Hic illi reclufit
Consilium: gentesq; Italas, geminosq; nepotes
Auxilio Caroli Germanas misit in oras,
Impia quem contra Germania verterat arma.*

*Cernis Alexandrum dextra, fratremq; ſinistra
Cesaris armatum ferro, ſeptosq; catervis
Bellitorum equitum, Caroli iuſta arma ſequentes?
Lutoria hic etiam primūm eſt legatus ad oras
Missis Alexander, quō Cesar venerat, & Rex
Gallorum ſumptis acer Francifcūs in armis:
Discordesq; illorum animos pacauit, & ambos
Fædere coniunxit firmo. Procul aſpice gentis
Farnefie defenſorem, cui Martia paret
Gallia: & hinc etiam generatum Cœſare Regem,
Qui res Farnefie ſirpis ſeruauit & auxit.*

*Hanc dat Alexandro florentem ciuibus urbem
Farnefio, irriguis quam Parma interluit undis,
Romulidum Latii quondam regnator in oris
Iulus, ille autem fratri dat habere, ſuumq;
Ablatum ius refiuit, & debita ſceptra.*

*Hanc ſibi coniugio ſocianit Horatius armis
Maximus. Hec autem Carolo ſata Cœſare virgo,
Eſt Duci Octavi coniux. Hic Paulus in aurea
Sede ſedens proceres inter, ſanctumq; ſenatum,
Petro Aloijo primos decernit honores*

Militie,

*Militie, caſtrisq; Duce m̄ creat. & puer una
Romanæ efficitur preſectus Horatius urbi.*

*Hanc etiam partem Ladon ſpectabis, & urbes
Has geminas, Paulus quas dono tertius olim*

5 Petro Aloijo cefſit, ſirpiq; futurae

Illiſus. Hos bello inſignes Farnefie proles

Edidit, Heroasq; alios in luminis oras

Hac gens praeclara eduxit belloque, togaque

Egregios, quorum Europa vagafama per oras

10 Didita Farnefiam gentem ſuper aethera tolit.

Paulus Alexandrum Tyrio decorauit amictu,

Nec non Ranutium fratrem: multosq; ſenatus.

Purpurei proceres tali decorauit honore.

Horum autem ſacra delecti ex ordine patres

15 Quatuor antiqui tenuerunt ſceptra Latini,

Et poſitas ſeptem rexerunt collibus arces.

Inde aulam ostendit piętam, que continent omnes

Oceani ſalſos fluctus, & littora, & urbes

Littoreas, noſtrāſq; intrantia marmora terras.

20 Oppidaq; magnasq; urbes, montesque, lacusq;.

Parte alia monstrat ſoluentes littore classem,

Hesperio nautas Italo duce, & alta ſecantes

Cerula, in occasum ſleſtentis carbaſa ſemper,

Et Pariae inuentas ignoto in littore ſedes.

25 Conuerſamq; ratem geminas demonstrat ad Arctos,

Ingentemque Ofirem, mundi noua regna reperi,

Et fortunatas Cancri ſub ſidere terras.

Parte alia ostendit noſtris incognita nautis

Sidera, & Austrinos tractus, Molinchásq; reponas

30 Orbe alio, atque docet caelo noua ſigna ſereno.

Fundatam afficiunt ſalfis in fluctibus urbem

Temifitanam, non longè à littore Ponti,

Sunt Scalae gentes, soluta connectere pennas
 Corporibus anum auiſu, atq; arte magistra
 E pluma volucrum diuersi pingere uestes.
 Illinc digrossi tendunt qui p.arte labores
 Effulgent gemini, quos olim pertulit oris
 Strusci pater Alcides. Dehinc ore Lycormas
 Sic loquitur: Vos nunc animos aduertere uestros;
 Nam vobis que sunt multis incognita dicam.
 Illustris postquam fama tot monstra per oras
 Europea clava domuit Tirynthiū heros,
 Tendere ad Hesferie fines, Erytheaq; ponti
 Littora decrevit; ut cæſo abducere posset
 Gerione errantes per pascua regia tauros,
 Dura Mycenai regis haud iuſſa recusans.
 Ille uer insuetum per regna Oenotria tendens,
 Deuenit Cimini qua nunc lacus occupat agros,
 Quos olim ferro incuruo findebat arator.
 Hic ubi campus erat, quo se exercebat in armis
 Luce sacra agrestis vario certamine pubes.
 Hic h.ifta bonus, hic gladiꝝ, bonus ille sagitta,
 Hic caſtu certare graui, cursuq; ſub umbris
 Denorum affuetus nemorum, domitareq; currus
 Pulueris patrios campis, cum ſol petit oras
 Hesperias, vel cum pelago ſe tollit Eoo.
 Herculis aduentu letata eſt Tuſca iuuentus;
 Et talem venerata virum, ſic unus ab alto
 Aggere primorum cap̄it: Iouis inclyta proles
 Alcide, qui viciſt̄ nemora alta tenentem
 Præcelsas rupeſ Nemea, vallesq; leonem,
 Aprumq; taurumq; tua virtute Mycenas,
 Portasti dorſo viuos: lateoque vagantem
 Per Lerna ripas Hydram, & ſtagna alta dediti.

DESCRIPTIO.

Tu Diomedis equos, ipſo Diomedē perempto,
 Duxisti tecum ad ſeui prætoria regis
 Arguit, affectasque viam iam clarus Olympo:
 Non te pœnitentia nobis dare ſigna tui nunc
 Roboris, atque animi præstantis. nam ſoue natum
 Omnis te regio quamvis extrema, fatetur.
 Nos etiam affueti bello ſumus: & licet arua
 Vomere vertamus curvo, tamen ipſa ſonant cūm
 Clæffica, & antè hostis ſua quam tentoria ponat,
 Illum expectamus caſtris, aut mænibus: & cūm
 In Latium pax almaredit, Maioresque recessit,
 Armati ſolitos iterum proſcindimus agros,
 Inq; nouos fætus terram exercemus arando,
 Venariq; feras nobis eſt ludus in altis
 Montibus, aut imis in vallibus Appennini.
 Tunc verò admirans animos, atq; arma, virosq;
 Amp' oniades, poſitum viridante ſub umbra
 Ex culum ferro conſpexit, & illud
 Arrip manu versauit utraque,
 Et ter mixus corpore ferrum.
 Conati aeneos euellere vectem:
 Ter fuit eū, ſas iuuenum labor: ille reſiſtens,
 Non ſe illorum impulſu, nixlive mouebat.
 At rerum trepidi, & facti nouitate iuuentus
 Aufoniæ stupefacta patris per numen, & ipſum
 Alciden ſifis precibus votisq; rogapant,
 Vellet ut immiſſum terra conuellere telum.
 Ille autem genibus nitens, ad robora ferri
 Admouit duplices toto cum pectore palmas,
 Et manibus ferrum excutiens, eduxit ab alta
 Tellure immiſſum chalybem: vis unde ſequita
 Dulcis aquæ immensa eſt, undarumq; agmine campos
 Obdu-

Obduxit, fuditq; lacum : quem protinus omnes
Indigena Cimimum celsi de nomine montis
Dixerunt viros latices, qui circuit altis
Arboribus, ripásq; tegit frondentibus vmbbris.
Omnia qua domus alta tenet Farnesia, & omnes
Has circum terras placida ditione tuetur.
Aspiceres agrestum habitus fluitare per undas,
Atque tegi undarum cursu, fulgentiāq; arma,
Hastásq; innumerósq; cauo sub gurgite currus,
Et pueros, & equos nantes, ripasq; petentes;
Quos liquidi subita vnda lacus inuaserat, & qui
Haud turbam potuere virūm per nota fugacem
Prata sequi, & fugere effusis loca lubrica lymphis.

Tunc risit pater Alcides, risitq; iuuentus,
Cum teneros vident natos per flagas, bouésq;,
Pastorésq; simul madidos. Sed non tamen villa
Vnda viros, pecudésve nono sub gurgite mer
Munere magnanimi Alcide, rerumq; pare:

Parietis in parte dextram, dehinc l^r
Alter ubi labor Alcide pendebat a¹
Fornice : quos miro pictura tenebat.
Tantarum rerum attonitos, paruérq; la
Herculus. At postquam geminas per singula leti
Conuertere acies, inquit sic ipse Iucormas :

Ampibitryoniades Erythea littora iussu
Euristei attigerat, fessusq; Arventis ad imas
Radices montis nemorosa in valle sedebat :
Cum canis armenti custos, quem saua Typhoni
In lucem dedit Hydra, duo capita horrida habentem,
Per noctem Alcidem specula prospexit ab alta.

Nec mora : tendit iter audax canis, & petit ipsum
Alcidem rapido cursu, & latratibus implet

Aurasq;

30

15
unit:

20

25

n

30

Aurásq; vallésq; cauas, atq; Herculis aures.

Tunc heros dextra arripuit letalia tela,
Et surgens monstro venienti occurrit, & ipsum
Pugnantem detecit humi, pariterq; bubulcum,
5 Eurijtona cam auxilium stricto enje ferentem:
Atque boves fluui captos abigebat ad altas
Anthemontis aquas : cum venit regis ad aures
Nuntius, & regem admonuit, ut nota fluenta
Actutum peteret frondosa per auia silua,

10 Ad littus, quā vir tauros ignotus agebat:
Gerione subito arma capit, quaritq; per arua
Raptorem. At postquam patrum peruenit ad amnem
Alcides, retrō vestigia flexit : & arcum
Intendens, iacta prostravit arundine regem:
15 Armorum mora nec iuuit fidissima peccus.

Alcides igitur, iam casō rege, redibat
Tergemino in patriam, pelagiq; per aquovatauros
Ingentes, & per tractus ducebat heros.
Sez postquam Tuscos fines intravit, ubi ingens
20 Planicies erat, & latum per florea gramen
Pascha, quā placidis se voluit riuus aquarum.
Alcide his campis paulum requiescere visum est,
Hisq; locis fessos gelidis permittere tauros
Eirare, & dulces captare sub ilice somnos.

25 Tempore quo venit Tuscas Ioue natus in oras,
Neptuno has geniti sedes Nymphaq; tenebant.
Primus erat toruo asperlu, facie alter atrocis,
Atque valens membris, & mole, & corpore vasto.
Hi celsas habuere domos prope littus, & omnes
30 Mortales dulcis spoliabant lumine vita,
Littoribus, pelagiq; simul : nec turpe erat illis
Vertere ad incuruum littus, pradāmg; virōsq;

B 4

Depren-

Deprensos, quamuis essent de sanguine diuum.
Puniceos primus subter dumeta iuencos
Albion aspergit vicini fontis ad undam,
Et septem tauros, oritur cum vesper, abegit:
Ulpita qua per saxa sonans euoluit arenas,
Farneti iuxta fines, & moenia castri:
Quam Dux Farnesia de gente Octauius urbem
Tertius imperio seruatq; regitque volentem.

Tunc vigil Alcides, iraque accensus amara
Corripuit pharetram, nodosaq; robora clavae,
Horridaq; induitur Nemei terga leonis:
Sumere quem subito iustus dolor impulit arma,
Raptoresq; bousq; sequi: qui nota tenebant
Littora: & è pharetra deprompsit tincta cruento
Lerneo quondam tela, & fugientia torsit
Contra terga virum; qui curua in valle relictis
Armentis, sese Alcide opposuere furenti.
Ut verò videre virum, fuluasq; leonis
Exuuias, ignemq; oculis, bellumq; metumq;
Spirantem, & surgens procérum corpus in ulnas
Quattuor, actutum sicut sunt vestigia: & hastas
Haud trepidi manibus quassant, ipsumq; lacebunt
Ad pugnam, freti dumis, atque aggere celso.
Tunc cepit tumulum Alcides, pronusq; sagittas
Torquebat magno nixu: quos Albion iecit
Declinans, cursu diuoria nota tenebat.
Vitabat pugna assuetus stridentia tela
Herculis, & partim fossa defensus ab alta,
Et partim silua rapto per denia cursu.
Belgion at postquam telis exhausta pharetra est
Herculea, & nullo deictos vulnere fratres
Conspergit, geminas acies conuersus ad altum

Aethera,

5

10

15

20

25

30

Aethera, Diuorum sedem, sic turbidus inquit:
Aspice me pater, & nato succurre petenti
Auxilium. Non hanc Neptuni iuadere gentem
Tentasse, nisi nocte meos veniente iuencos
5 Furtim abduxissent. non hi de stirpe Deorum
Sunt geniti, vivant cum circum hac littora rapto.
Hanc hominum pestem aut telo prosterne coruscō:
Aut hos insolitas contra mihi suffice vires.
Audijt haec genitor, tanto in discrimine natum
10 Despiciens: subitoq; poli de vertice nimbus
Saxorum nimbus cecidit post terga precantis
Alcida, cum nox esset sublustris, at heros
De calo agnouit magni data signa parentis.
Tunc informe manu saxum capit, & iacit ardens,
15 Quod iactum lauo cruri se infixit acerbo
Vulnere. Dum verò luctatur poplite telum
Belgion eripere, & latebras rescindere faxi,
Concidit ad terram minitans, cui plurimus ore
Terror erat: licet ille animam cum sanguine multo
20 Funderet, atque ingens dolor effera corda teneret.
Insonuere viri tela, & grauia arma cadentis.
Impiger Alcides hostis nece letus adibat
Aduersum, & secum per rosida prata firebat
Saxorum ingentem numerum. hic non armati mebat
25 Herculis. At cum iam crudeli vulnere fratrem
Vidisset, sphaerumq; femur, pectusq; cruento,
Quem stratum morti credebat ab Herculis iecit;
Ingemuit retro nusquam vestigia vertens.
Amphitryoniade mox stridens ore, ciuenta

30 Fata minabatur: nec clauam horrebat, & ipsum
Alciden, sed eum tumulo expectabat in alto.
Cui Deus illudens: Frustra vase minaris.

B 5

Fata

Fata mibi : frustra has mittis de pectore voces.
 Et saxum, hac dicens, in guttura lata loquentis
 Contorsit, dentesq; simul confregit; & vda
 Interclusit iter vocis : pariterque recusso
 Vi multa saxi dentes, mistosque cruento
 Albion euomuit, demensq; admonuit ad ora
 Fracta manum, qua tunc consuetum hostile gerbat.
 At vigil Alcides arrepto tempore saxum
 Coniicit, & dextram hand iactu percussit inani :
 Inde aliud super, atque aliud contorquit, & illum
 Perculit inicta saxonum mole ruentem.
 Pro tumulo super imposuit Tirynthius hostem
 Ingentes lapidum cumulos ; latiusque sub alto
 Concidit indignantem animam, suaque arma sepulchro.

Dehinc retrò redit accelerans, & raucar dentem
 Belgiona inuenit, nec adhuc tenebrofia tenentem
 Tartara, sed tepido spirantem pectore cernit,
 Quem casum ardenti in pugna saxoque putarat.
 Hunc super immensis rapidus cumulauit aceruos
 Saxonum, & montem struxit, quo conditur ingens
 Belgion, has terras merita qui morte reliquit.

Alcides vero versos ad litora tauros,
 Quos tacito abdiderat proles Neptunia farto,
 Per noctem obscuram, ad presapia nota rediexit.

Videre indigena Alciden, pugnämque, bonosque
 Pascentes, & prostratos per gramina natos
 Neptuni, & lapides demissos ethere : famaque
 Etruscas etiam durat vulgata per oras,
 Sit licet illa annis, & prisco obscurior ævo.

Ex illo gens Alciden Tyrrhena vocavit
 Saxonum, quoniam hoc factum memorabile visum est
 Hoc campo, quem, Lamonem vocat incola Castræ;

Herculis

5

10

20

25

30

Herculis antiquo quondam de nomine nati.
 Hic ubi nos geminos sublimi vertice montes
 Claudentes fratrum deformia membra duorum,
 Sparsaq; per campos extantia saxa tuemur.

5 His actis, linquunt auro radiantia tecta,
 Ad viridescq; hortos acclivo tramite tendunt,
 Atque suos sijunt alto sub fornice gressus
 Fontis Acidalia Veneris, lymphasq; recentes.
 Hic ubi iam Leuce Cererem, Bacchumque rubentem.

10 Addiderat mensis, atque hoedi integra ferebat
 Viscera, fumantesque epulas, tum lance patenti
 Apponit lac concretum, post fraga, fauimque
 Mopsopij mellis, comites dehinc fonte nitenti,
 Sepe manus, sepe ora lauant : mirantur & ipsam

15 Effigiem Veneris latices effundere ad auras:
 Haud aliter quam flumen aqua loca saxea subter
 Delabens montis, cum valles venit ad imas,
 Visceribus terra latices perrumpit ad auras,
 Diuersaq; suo gignit de gurgite riuos.

20 Inde alacres dapibus fontis vescuntur ad undam,
 Atque epulus inter vario sermonc loquuntur :
 Sideraque ad cali sedes, hortosque ferebant,
 Atque loci dominum Ladon equabat Olymbo
 Landibus. At postquam dapibus consueta cupido

25 Est exempta cibi, Siculus sic inquit Acestes:
 Dic hospes nobis vulgatum carmen in oris
 Trinacrijs laudans hortos, fontemq; locumque
 Hunc celebrem, dum Phœbus equis prouectus Olymbo
 Inuehitur, curruq; volans secat aetheris oras

30 Iam medias, nec flat Zephyri lenis aura per agros.

Tunc sic hospes ait : Fonte hunc laudauit Amylonem,
 Qui Mella pecudes patrij pascebat ad annem,

Et

Et domini nunc versat oues prope T hybridis undas,
 Et cum falce metit maturas messor aristas,
 Huc etiam comitatur herum sua tecta potentem
 Regia : & interdum subter canit hæc loca versus
 Frondea, pastoresq; tenet, Nymphasq; camæna
 Agresti. vos nunc elegos cognoscite vatis.
 D v m. te muneribus tantis Furnesius heros,
 Et te tam largo munere donat aquæ;
 Quid tibi fons animi est? num te felicior alter?
 Num te Castaliæ letior unda fluit?
 Præcipue dum Roma potens te iniurit, & omnis
 Ausonia, atque omnis Gallia, & Hesperia.
 Miraturq; nouos fructus, atque aurea poma,
 Et virides hortos, quos tua lymphæ rigat.
 Et varios latices, & te pulcherrime, qui tam
 Sub gelido vitreas fornice claudis aquas.
 Hac loca erant olim faxosis aspera dumis :
 Et nunc sunt pictis aurea porticibus.
 Et quæ nunc per stagna natant fluitantia pisces,
 Abrupti moles saxea montis erat.
 Et quæ Diæ vitreas fluuiorum ex faucibus undas
 In stagna effundunt dulcia, topus erat.
 Hic ubi nunc Dryadum rorantia cernitis antra,
 Clienosum ornabant marmorata nulla locum.
 His olim arebant incultis collibus herbae,
 Nullaq; de celsa rupe cadebat aqua.
 Quaqq; suis capra vberibus diffundit in auras
 Tot liquidos latices, scrupula silua fuit.
 Hec quondam magno Diuum dedit vbera regi:
 Atque interfusit sidera clara poli :
 Imposuitq; suo nomen de nomine monti :
 Ex eodem pagus nomine nomen habet.

5

10

15

20

25

30

Nunc

Nunc terni infantes sima lata ora iacebant,
 Prenfant, & palmis vbera plena premunt.
 Hinc lymphæ exilens frondes ferit ictibus altas,
 Lambit & atheræ lucida celsa poli.
 5 Et quoties quatunt frondosa cacumina lymphæ
 Effusa, quamvis sit sine nube dies :
 Apparet roties vario perfusa colore,
 Insidens Iris frondibus arboreis.
 Hanc circum folijs strepitant, caueisq; salignis,
 10 Et canere hos latices velle videntur aues.
 Te non est fons lucidior, nec pulchrior ullus :
 Iam cedat rutila Lydius Hermus aqua.
 Quid tum si mixtas auro vebat amnis arenas?
 Illius & ripis lucida gemma micet;
 15 Si regit imperio dites gens barbara terras?
 Et fluuij latices sana leena bibat?
 Te gemina exornant Libyæ de marmore Nymphæ :
 Marmore & Oebalio stat Dea facta Venus.
 Sub pedibus Duæ mons est, qui gurgite seruat,
 Cumq; libet rauco murmure fundit aquas.
 20 Tu gemmis, & coralio, conclusq; resulges,
 Quas ue Persarum litora nauta tulit.
 Suffent at manibus viuo de marmore labrum
 Cypria, quo latices accipit alma tuos.
 Et reddit quoties acceptos ipsa liquores;
 25 Euinit strepitu murmura Panthagie.
 Cùm verò occultas diuersis partibus undas
 Eiicis, incertos proluit unda viros.
 Tunc Satyriq;, locusq; madent, Nymphæq;, Venusq;:
 30 Lapsaq; musco murmurat unda lacu.
 Nam fluis haud aliter, quam Vere nigerrimus imber,
 Imber aqua : & pluvia sicca madescit humus.

Ipsæ

Ipse tuas iuxta princeps Farnesius umbras,
 Dum capitur blando murmure dulcis aquæ;
 Et cum sol alto iam lustrat lumine valles,
 Cumq; sua Herculeus abluit ora vadis;
 Regales epulis mensas onerare ministros
 Imperat, & fundi Massica vina iubet.
 Donaq; sunt postquam mensis sublata Lyæ:
 Audis magnorum fortia facta patrum.
 Atq; Italus citharam pulsat Terpander eburno
 Pectine: dehinc alij carmina lota canunt.
 Hic primas rerum causas, hic iura recenset:
 Ille canit magni lucida signa poli.
 Hic Graiis carus musis, pariterq; Latinis,
 Ad citharam Phœbo carmina digna referunt.
 Atque aliis mutas perstringit Apollinis artes:
 Quæcum hominem ledit, vel iuuet herba, docet.
 Describitq; aliis cum magnis urbibus oras
 Oceani, & nostros, Italæ regna, sinus.
 Hic fortunatas Cancri sub sidere terras,
 Ductore inuentas nuper ab Ausonio,
 Atque hominum mutata nouas in corpora firmas,
 Et vectos nautas per freta longa canit.
 Dant plausum letæ Dryades per compita Nymphae:
 Et Zephyri auditur per nemus aura leuis.
 Visaq; sunt circum dulcedine cunctæ moueri,
 Et motare suas fraxinus alta comas.
 Qua dulces captant auras, somnosq; Napæe,
 Cum sol ardenti lampade torret agros.
 Cum nexæ arboribus media sub luce cicadæ,
 Hæc resonant rauco regia tecta sôno.
 Non te proturbat pedibus vaga bacula, vel grex:
 In te non pastor vellera mersat ouis.

Sed

5

10

15

20

25

30

Sed te Naiades potant, Fauniq; bicornes,
 Et misces domino cymbia grata tuo.

Qui circum regit has terras ditione, locumq;,
 Atque hoc (ut cernis) surgere iussit opus.

Egregium (nec fallor) opus, cui Martia Roma
 Inuidet, & tacito victa dolore silet.

HÆC hospes: cum permenso iam vertice cali
 Phœbus anhelantes currus torqueret ad amnem
 Oceani, latices quæ Capra effundit in auras

Überibus, loca celsa petunt: illisq; Lycormas
 Planiciem ingentem, vallesque, atq; oppida centum,
 Montesque, variaq; urbes ostendit, & inquit:
 Prospectu hunc paucem animos en cernite circum,

Quem non tot celsi colles, siluaeq; virentes
 Eripiunt oculis hominum, non saxeæ rupes

O socij, seges hac partim opportuna Lyæo,
 Et Cereri partim grata est: hic Pallade colles
 Gaudentes, sunt & pecori gratissima mille
 Pasqua: sunt liquidi fontes: gratoq; per imas
 Conualles gelidi labuntur murmure riui.

Cantu anium resonant ripæ: fructusq; ministrant
 Agrestes nemora alta, quibus venator in umbris
 Setigeros venatur apros, damasq; fugaces.
 Canabis aut desit texendis retibus apta:
 Hic lini segetes, illic nascuntur auenæ.

Sunt populi affusti bellis, & frangere glebas,
 Aut Lacedemonia membra exercere palestra,
 Et iaculo, insidiosq; leues impellere cernos
 In plagas, laqueosq; acri comitante Molosso.

Proximus his semper pallenti Phyllis vestit
 Se collis: sunt iuniperi, morusq; cruenta,
 Nec non Chaonie, cinnilia præmia, quercus.

Hic

Hic est ferales pompas vifura cupressus,
Et pinus consueta comas incingere Panos.
Hic etiam platanus optatas porrigit umbras:
Punica mala tegunt altos pendentia muros:
Haud secus, ac anlea solent tegere atria regum:
Nec non Medorum veteres referentia silvas
Citria, odoratos semper seruantia flores;
Pomaqz, non gelidi metuentia frigora Cauri.

Hic myro viret, & lauru denissima sepes,
Candida quam granidis hedera intertexta corymbis
Implicitat, in nodumqz, simul complexa quietem.
Dat fessis securam aiibus, qua sole cadente,
Et surgente canunt, volitantqz, hac arbuta circum.

Hic pingues Damon sero sub vespere turdos
Captat, & agrestes excelsa in rupe palumbes.
Hinc atque hinc arguta canunt auaria pictis
Alitibus, nox cum terras obscura relinquit,
Et pelagi caput auricomum inubar extulit undis.
Hic Precie vites Apiana umbracula texunt,
Vua quibus croceum dicit matura colorem,
Robustus quamvis nondum flauentibus aruis
Agricola inducat messorem, & messor aristis
Supponat ferrum, postquam est operatus in agris.

Parte alia semper floret silua aurea densis
Arboribus, quas iam dudum niger Alpheus ibus
Circae de colle tulit. Sunt pruna Damasci,
Quae pendent semper ramis, rubroqz, colore,
Et croceo, viridiqz, calor dum feruet & astas,
Autumnusqz licet fructus collegerit omnes.

Sunt & Crustumia silue, rubicundaqz poma,
E Libyco deuencta simu, & felicibus aruis,
Qua Sarnus liquido montem rigat amne Veseni.

Inducit

Inducit circum hos hortos umbracula palmes
Massicus, & Precia proceror obore vites.

Sunt varie ficus antiquo è Tybure missa,
Tybure pomiferis cui gloria surgit ab aruis.

His hortis semper flores terra educat alma:
Namque parit quacunque ferunt ea tempora in hortis
Omnia: Vere rosas, Aestate papauera fundit,
Et suauem Autumno casiam, spicamque Amaranthi,
Carulcósqz, hyeme in media brumaque Hyacinthos.

10 Non defunt viole, cythisiqz, & lutea caltha,
Non smilax dilecta croco, non baccharis herba,
Atque melyphylla pubentis gramina: cuncte
Solfititia aduentar astiuia, hybernaque latè
Ridet humus florente thymo, & benevolente per hortos:

15 Et mirum dictu, si vulgo copia florum
Larga thymi est, melis portenditur ingens
Prouentus fore purpureis venturus in hortis:
His tepidis viola alba locis sata; prima nouum Ver
Nunciat ante alios flores: & Bruma licet sit,

20 Floret at illa tamen, circumque effundit odorem.
Tantum humana valet vis, & clementia puri
Aetheris, & terre ubertas, & cura, laborgz,
In rebus licet exiguis. nam noscere morbos
Hortorum innumeros, non parua est cura, labóque:

25 Et que solis amat radios, aut arboris umbram:
Aut rara gaudet terra, vel pinguis aruis:
Aut fontes amat, aut gelidos fugit herba liquores.

Et que mane nouo, vel sero vespere fontes
Herbas sittit, vel cum cali secat athera Titan;

30 Me docuit quondam à teneris Oenotrius Agmon.
Castanea siluam hanc seuit Farnesius alta
Hac specula, quà collis erat non parvus, & aspris

C Coribus

Cotibus & spinis paluri obductus acutis.

Aspice ut exurgent procero stipite caules.

Non campa folia ipsa timent, morsusq; sequacis

Pulicis: at gelida flauescunt can: pruma.

Hoc surgunt generosi humili plantaria colle.

5

Hic locus est, quo tu varijs pendere sub ipsis

Arboribus varios fructus Aestate videbis:

Quorum aliquos pater Autumnus maturat apricis

Collibus, aut concreta gelu Bruma horrida crines,

Diversisq; modis arbos est insita, que fert

10

Diversos fructus, diuersaq; ponit sub auras.

Hoc etiam his impune locis facit insita vitis,

Que fert diuersum Bacchi genus: & rubet vua

Arboreis semper ramis, delapsa licet sint

15

Iam folia, & campos exurat frigus, & herbas.

Sunt Bruma tepidi soles: & cum Canis urit

Icarius calum, & terras: his spirat in horis

Montanis leuis aura, astusq; his montibus arcet.

His hortis miro positi sunt ordine flores,

20

Et sat a queque su: grecio sonet area plantas.

Hic nec oportet apum cellas transferre quot amis

Ob frigus penetrare hyemis: nam terra recentes

Summittit flores nostro confisa labore.

Non desunt apibus violaria, flos nec Amello,

Atque recens apium, serpillaque, sunt & Achanti

Uimina, nec ihympbra, nec myrra copia defit.

Hic rixus salices, tiliam, pinosq; ministrat

Vicinum nemus, & liquidis late hortus abundat

Fontibus, ut cernis Ladon, crasseq; paludis

Non circum hos colles granis est odor, & leuis aura,

30

Dulcis & has gelidis perfundit flatibus oras:

Et talpa euerens hortos his exulat oris:

Et

DESCRIPTIO.

35

Et buso infestus semper pubentibus herbis

Non fert helleboros, nec noxia galbana tellus,

Non taxos: non formica nona semina rodunt,

Nec mus asparagos sub terra absconditus alta.

5 Asper in his nostris aut horret carduus hortis:

Sed cui hysus, caltheq; virent, & lilia, vel quos
Ad ripam flores Proserpina legit Halefi.

Nocturna volucres hortis, & sepibus absunt,

Nec populantur aues incurvo semina rostro,

10 Quia platani truncu confixa patentibus alis:

Impia Nyctimene prisca de more tuetur.

Et caput hoc cute nudatum nunc cernite ajeti,

O comites, valida affixum quod sustinet hasta.

Namque suo (ut fama est) aspectu semina cir-

15 cum,

Et flores quo scunq; videt, fructundat: & illis

Infundit gratos succos, atque implet odore.

Quin similis fauor arboreis haud defuit vnguibus

Fatibus, aspectu quos circum aspectat amico:

20 Hortorum est antiqua Venus tutela virentum,

Florumq; fruticumq; parens fecunda, senexq;

Saturnus cum falce sua custodia prisca est.

His nostris praesunt hortis, at non Deus ille

Helleponiacus Nymphae, Bacchiq; prop igo.

25 Cedant his hortis hortique, & regia sedes

Alcinoi, quantum acrijs dumeta cupressis,

Et quantum lauro myrtus, myrtog; myrice.

Nec Venus Idalia lucos his preferat hortis:

Preferat aut Delum maternam flauis Apollo:

30 Omnia que semper riui rigat: unda perennis,

Et cum sol surgit, & cum se condit in undis.

Hac dicens collem ascendit, qui plurimus horto

C 2

Immi-

Imminet, & variis fructus monstrabat eundo.
 Ut vero videre viri que dixerat hospes,
 Irriguo fontes diuerso è tramite ductos,
 E Ciminiq[ue] lacu, constucto fornice, lympham
 Educent, que florentes interluit hortos,
 Et qua progeniem gignit per stagna natantum:
 Confidere simul qui fons sonat Aegocrenes,
 Quem circum virides umbrae cingunt q[ui] tegunt q[ui]
 Castaneæ celso pulsantes vertice nubes.

Tunc Ladon ait: O comites, nos hic locus umbris
 Arboreis circumseptus, murmurq[ue] per auras
 Rauca sonantis aquæ, caueisq[ue] inclusa volantum
 Turba avium canere inuitant: sed nos vetat altum
 Aethera per summa astra parans accendere Vesper,
 Sidereum & lucem venienti infundere nocti.

Atque urinam ipse meis meritas æquare canendo
 Carminibus laudes Farnesi, atque inclita possem
 Facta tui, quem Roma colit pulcherrima, & omnis
 Ausonia tellus, & calo laudibus infert.
 Et quoties patriis carmen modulabimur oris,
 Farnesiae tamen immemores gentisque, tuiq[ue]
 Non erimus: nosq[ue] has sedes ad celo feremus
 Sidera carminibus nostris, qua Menalius Pan
 Audiet, & Phorci chorus omnis, & hispida monstra,
 Et nostras littus voces vtrunque remittet
 Sicanius, illiusq[ue] inuisere rura Panhormi:

Quic[ue] canere, & fragiles calamos inflare iuuabit.
 Vicina rupes illius nomina discent,
 Et repentent eadem siluarum nomina Nymphae.
 Vos vero circum dulces saluete recessus,
 Vos quoque pampinei colles, & grata poëtis
 Iam loca, Farnesius vestras postquam incolit oras,

Praci-

5

10

15

20

25

30

DESCRIPTIO.

37

Præcipue cum maturis flauescit aristis
 Campus, & Erigones scindit canis arua, gregesq[ue]
 Vallibus in Pindi pascit prope frigida pastor
 Flumina, nec cali letalia sidera curat.

5 Saluete aternum, nam vos, placidamq[ue] quietem,
 Et totos sine nube dies, noctesq[ue] serenas
 Affertis domino, recipit cum fessus ab urbe,
 (Quam lymphis secat intortis vetus Albula) fesse
 In Caprarole tractus, arcesq[ue] superbias.

10 Hic locus inferior non est Helicone, licet sit
 Mons Helicon sedes Thymbrei regia Phœbi,
 Sintq[ue] licet loca Pieris bacchata Camoenis,
 Nec desint sacri fontes, quorum unda repente
 Hausta nouos faciat vates: (sed pace Dearum,
 Caftalidum) maiora tui sunt commoda ruris.

15 O tanta custos arcis, hortiq[ue] Lycorma:
 Que si quis numerare velit, velut aetheris idem
 Astrorum rutilos ignes, quot & induat ornus
 In frondes se Vere nouo, Zephyriq[ue] sub ortu.

20 Interea dum nos patrias habitabimus oras,
 Et latos nemorum colles; vos numina, tûque
 Omnipotens pater hunc nobis seruare precamur
 Incolumem: liceat nobis redeuntibus olim
 Cernere Alexandrum Romana in sede tenentem
 25 Sceptra, quibus positas patriis in collibus arcis
 Felici ditione regat, populosq[ue] Quirini.

Finierat: cum iam passim surgentibus umbris
 Cedebat, terrasq[ue] sua sine luce, polumq[ue]
 Paulatim pater Heliadum linquebat, & oras
 30 Oceanii, & vastos amnes iam fessus adibat.

38 LAURENTII GAMBARAE
IN FONTES HORTORVM
CAPRAROLAE EPIGRAMMA.

Quum folia hæc inter iaculatur Capra liquores,
Atque Irini vario lymphæ colore refert;
Non mirum, hanc cælo fidus pluviale locavit
Iuppiter, & pluuias fundere posse dedit.

ALIVD.

Quam nos Castalio fonti concedimus hospes,
Tam fontis cedit qualibet unda mihi.
Ars decorat struetos si quos è marmore fontes,
Huic operi, & nostris cedat imaginibus.

ALIVD.

Ipse ego Tyrrheni quondam maris incola Thaumas,
Nunc placida umbrosis collibus antra colo:
Et dulces lymphæ effundere letor ab ore,
Et freta, & aquoreas deseruisse domos.

ALIVD.

Vicinas liqui rupes, ut fonte recenti
Miscerem domino vina Capena meo.
Cum prohibent hortis vaga flamina ponere mensas,
Aut niger è cælo cum cadit imber aquæ.

ALIVD.

Frondosæ nemorum latebris succede viator,
Quæ fontis latices non grauis umbra tegit.
Mox bibe, & his siluis somnū cape; namq; per herbam
Vipera non errat, nec latet anguis aqua.

ALIVD.

Hos latices ne accede meos, nec tange viator,
Sanguine fædata est si tua dextra manus.
Nos træ etenim lymphæ Bacchi gratissima miscent
Munera, non scui pocula Martis amant.

ALIVD

POEMATA.

39

ALIVD.

Sum Cimina ante alias fama notissima lymphas;
Cerula que in lucem lilia sola rigo.
Namque amat, hac dominus, clupeoq; insigne vetustū
Lilia cæruleo picta colore gerit.

IN FONTEM CRYPTÆ
FERRATÆ.

10 ERRABAT Tepula his silvis, & Iulia lymphæ,
Quas uno geminas fonte reduxit aquas
Farnesius, fontemq; ornauit marmore, & ultrò
Sacrauit Nymphis, que nemora alta colunt.

IN EVNDEM.

15 Florentes rigat hos hortos aqua Julia, nec non
Tepula, que quondam peterent cùm celsa Quirini
Menia, & alluerent septem, cùm flumina, colles,
Errauere diu, iam seu à milite fractis
Fornicibus, has per valles, nemorumq; recessus.

20 At postquam in partem sedes hec regia cessit
Farnesio, cùm Romanam non posset ad urbem,
Ad patiosq; lares dulces perducere lymphas;
Hoc rarum construxit opus, geminosq; reduxit
In liquidum hunc fontem latices, hortosq; locumq;
25 Pictura ornatum, signisq; & marmore, & auro,
Siluarum Nymphis una cum fonte dicauit.

C 4

AD



A D ALEXANDRVM
FARNESIVM CARDINALEM,
LAVRENTII GAMBARAE CARMEN.

Hos flores, dum bruma gelu riget alta per agros,
Dat tibi serpylo vinclos, hederaq; virenti
Gambara fecundi custos Laurentius horti.
Hos fuit tepidum ad solem. tu semper habebis
Et primos fruticum flores, primosq; hyacinthos : 5
Et tibi primitias horti, silueq; quot annis
Farnefi venerande feram : tu roscida poma
Autumno, mellisq; fauos sub sidere Verno
Accipies : & sit mea musa incondita quamuis,
Te tamen ante alios canet, & tibi florea ferta 10
Intexet quoties hortos, mea regna reuises.
Hic ubi odoratos tellus letissima flores
Parturit, & dulcis calo diffunditur aura.
Tu tecum è grauidis carpes poma aurea ramis,
Atque Aegle faciem nullo siccata colore, 15
Fiscellam pressi lactis, tibi nubilis Aegle
Afferet, & plenis benevolentia ferta canistris.
Te ruris decor omnis amat, vallesq; recurva :
Fluminate, ripaeq; vocant : tibi florida prata
Submittunt varios texenda in ferta colores. 20
Ipse sedens molli formosa Amaryllis in herba
Sanguineis intexta rosis tibi lactea neclit
Lilia, narcissum, rutiliq; comas amaranthi.
Ne sedes horresce meas, licet horrida calo
Regnet hyems : his hospitijs non frigora regnant : 25
Et nos sublimis rupe defendit ab alto
Surgentis Boreæ flatu : tegit ardua laurus

Vestibu-

Vestibulum : tuguriq; fore, aditumq; patentem,
Et tibi pro Borea, gelidis pro flatibus aura
Spirabunt : pro purpurea niue vestiet arua
Terra parens viridante solo, tibi floribus herbe.
5 Halabunt, verisq; ferent violaria fœtus.
Grata tuis proaui tibi cerula lilia tellus
Funder humo, quibus equiparet non se rosa, non se
Pubescens coma narcissi, non lutea caltha.
Quodq; legit longanus Arabs benevolentibus aruis,
10 Illa geret donec clypeo domus inclita gentis
Farnesie, viuentq; tui sub numinis aura.
Non illis aestas, nec hyems incana nocebit,
Non Aquilo, non imbriferis Notus impiger alio.
Hic ubi sepe canit choreas, & gaudia Diuina.
15 Zanchius ; aut campos spatiantem narrat Alethem
Mirantem cali traetus, atque aetheris oras,
Et mundi verum auctorem, rerumq; parentem.
Dumq; canit, Sicles Samson percurrit eburno
Pectine fila lyra, quem circum Aenea pubes
20 Exultat, spargitq; locum fragrantibus herbis:
Et vatum chorus assurgit, plauditq; canenti.
Sape venit nostros Calaber Sirletus ad hortos,
Et tepida sub rupe sedet, quæ fons sacer ima
Valle fluit, raditq; leui cum murmure rupem,
25 Et scelerum poenas, & premia certa bonorum,
Aeterniq; patris celestia regna recenseret.
Mox aperit legis fontes, nodosq; resoluit,
Quos gens (infandum) gelido porrecta sub axe
Involuit cæcis tenebris. Erebiq; profundo.
30 Riuus aquæ has ambit sedes, atque aggere celso
Nocturnos arcet fires. hic margine ab alto
Pascentes per prata licet spectare iuuenos,

C 5

Quos

Quos inter certant calamis, & carmine leti
Pastores, aut certa ineunt certamina cursus :
Aut curvant arcus, & tela Cydonia torquent.
Vt etori assit it iuuenium manus omnis, & ipsum
Ad metam ingenti plausu deducit ouantem,
Et crines cingit seris, & præmia soluit.
Tunc latè loca curua fônant, quâ noster agellus
Aurea prospectat vicina palatia celo,
Nec non Mygdonio surgentem marmore fontem
Romane decus urbis, & ingens munus Iuli.
Parte alia quâ decurrunt Anienæ fluenta,
Dulcia formosi miraberis ocia ruris :
Omnia quæ nunc sponte tuus tibi Gambara dono
Concedit, Dominumq[ue] facit florentis agelli.

A D ALEXANDRVM
FARNESIVM CARDINALEM,
LAVRENTII GAMBARÆ BRIXIANI
POEMATA, EX BIONE ET MOSCHO 20
S V M P T A.

ALMA PARENTS Natura nouë Telluris amore,
Terrestres Musas cali produxit in auras
Celestum Musarum instar, quas candida partu
Mnemosyne ediderat : quæ cùm iam cantibus essent
Illustres, numeróq[ue] pares, cantuq[ue] Camœnæ,
Iræ, odioque grani discepta in fructa fuerunt.
Non aliter Ciconum sparserunt Orpheæ matres,
Per ripas pater Hebre tuas, pérq[ue], humida prata, 30
Non sine Hamadryadum lacrymis, Phœbique dolore:
Tempore quo totidem sublimi carmine vates,

Et

POEMATA.

43

Et Phœbo & Musis grati, celebrósq[ue] per oras
Argolicas, aliisque magis pastoribus aperti,
Et Nymphis nemorum dilecti, & silvicolis Dis,
Hanc iram Aonidum subiere, oduimque fôrorum:
5 Fuluius ast horum varijs Vrsinus in oris,
Dispersas iam reliquias collegit in unum,
Atque manu, veluti medica, sarcire Poëtas
Iam longo laceros aeo est conatus, & illos
In lucem dedit, antiquam formamque, suumque
10 Restituens decus : atque imitari, & vertere iussit
Sermonem in Latium (si me exoratus Apollo
Audiret) geminos vates, vt carmen agreste,
Quod Muschus Graicique Bion cecinere Camœna,
Acidis ad ripas, aut flumina ad alta Meletis,
15 Ad fontesve Arethusa tuos, hoc audiat omnis,
Lanigeros qui magna greges ad flumina versat
Hesperia, ornatum versu, numerisque Latinis.
Hos vates (nunc Aufinius) quorum Albula cantu,
Mellaque latitia exultant, tibi magne dicamus
20 Farnesi : quos defendes, velut alter Apollo,
Ne iaceant iterum monumenta hac lecta tenebris
Abdita lethais vel demergantur in undis.

BIONIS SMYRNAE I BVC O-
25 LICORVM IDYLLIVM PRIMVM.
Epitaphium Adonis.

E GREGIAM Cinyre prolem deflemis Adonis.
Lumina formosus vitalia liquit Adonis.
30 Pulcher Adonis obit, mestique ob funus amores
Inter se ingeminant luctum : tu Diuarelinque.
Intextos Cytherea toros & murice & auro.

Surge

44 LAVRENTII GAMBARAE

Surge age, & illacrymans nunc te in due vestibus atris,
Et manibus nudata tuis, tua pectora tunde,
Et cunctis dic: Interit formosus Adonis.

Extinctum nece crudeli lugemus Adonin.

Ora per, impubesque genas voluntur amorum
Rorantes lacrymae, iacet inguina candida siluis
Dente ferocius apri ninoe traeclitus Adonis.

Dumqz animam aeras effundit Adonis in auras,
Corde incredibilem Venus accipit agra dolorem.

Sed niger, hen, pueri ninoeos crux imbuat artus,
Et nec labra not at solitus rubor. ipsa sub ipsis
Pressa superciliis pallentia lumina torpant.

Aitque illo moriente, unà moriuntur & ipsa
Oscula, que nunquam Cypri regina relinquit.
Nam Veneri sunt grata, licet non amplius illum
Fata Deum viuum seruent, sed Adonis amantem
Non sensit fixisse suis mille oscula labris;
Mortali è vita dum cederet: & rate veltus
Fumantes Phlegethonis aquas transfret auari.

Non graibus sine lamentis lugemus Adonin.
In lacrymas mecum teneri soluntur Amores.

Heu pulcher graue vulnus habet, graue vulnus Adonis
In femore, at casu Venus exanimata recenti:
Imo in corde magis graue vulnus sentit amantis
Interit: Circa puerum lugubre per agros
Dilecti luxere canes, Nymphagz virentum
Custodes nemorum siluis fleuere sub altis,
Atque soluta comas Dea Cypria saltibus errat,
Et nudata pedes, & candida crura: rubi quam
Horrentes lacerant; diuinum silua cruentum
Ebit, & rubra rorant aspergine vepres.
Non tamē hac sentit, sed acuta voce vagatur

5

10

15

20

25

30

Per

Per valles, magno Affyrium clamore maritum
Perquiren, puerumqz vocans. ipsius & ater
Circa orbem medium ventris crux erumpet,
Atque cruentabat nudatum pectus ab imis
Inquinibus. latera alba prius, costæqz colore
Migrarunt in purpureum, superante crux.

Alma Venus puerum formosum amisit, & una

Amisit solitam formam: nam dum puer auras

Carperet aethereas cali dilectus Adonis,

10 Ore erat egregio Cypris: sed amante perempto,

Forma Dea in celeres ventos, velut umbra, recessit.

At rigida quercus, terrarumque ardua dicunt:

Ab puer infelix: vicinaqz flumina luctum

Ingentem Veneris deflent: fontes & Adonis

15 Montibus extinctum lugent, magnoqz dolore

Passim purpureo flores rubuere colore

In siluis, pratisqz. Venus miseranda per urbem,

Et per frondosos Arabum gemit anxia colles,

Flebiliter recolens pueri graue vulnus amati.

20 Ab Cytherea tuus perit formosus Adonis.

Ipsa Echo resonat, Perit formosus Adonis.

Tam dirum quis non Veneris defluit amorem?

Ab postquam vidit Diua immedicabile vulnus,

Sanguineosqz simul rores putrefacte, sic est

25 Questa, suos tollens supera ad conuexa lacertos:

O puer, o Adoni mane, dum te mibi viuum

Inueniam, amplectarqz simul, miscereqz possim

Hec mea labra tuis: paulum expurgescere Adoni,

Oscula daqz, tuo viuunt ea donec in ore,

30 Inqz meum fluet os, atque in iecur, igneus ille

Spiritus, atque vigor anima vitalis: amoreqz,

Hauriam Adoni tuum, seruaboqz hac tua semper

Oscula,

Oscula, tanquam ipsum te, quando me fugis eheus
 Infelix, longeque fugam moliris, & umbras,
 Et regem petis umbrarum, mitescere nullis
 Affuetum lacrymis, vocesve audire precantum.
 Ipsa autem viuo infelix, & sum Dea, nec te
 Posse sequi miser & fata, inuida fata, dederunt.
 Iuno inferna meum puerum nunc accipe: namque es
 Me magis ipsa potens, & quicquid corpore pulchro
 Alma patens Natura creat, deuoluitur ad te.
 Et te permetuo, sed acerbo oppressa dolore
 Sum Venus infelix, nec tristi exoluere luctu
 Me possum: quia iam letho est consumptus Adonis.
 Tu me supra alios o Adoni amabilis omnes
 Deseris, & dulci moreris florente iuuentu.
 Aeras sed amor abit, ceu fumus, in auras.
 Indoleo, misera ante alias, viduata marito,
 Perque domos viduata cohors suspirat amorum.
 Tecum una cestus perijt: quid per loca saxis
 Aspera tu vitam, perque inuia lustria trahebas,
 Venando nemorum nocteque diesque sub umbris?
 Cirve feris iaculo trucibus te oponere es ansus?
 Cum latto Superis effes aquandius honore.
 Sic natiflebant una cum matre Dione:
 Vae, Veneri interij siluis formosus Adonis.
 Heu tantum effudit lacrymarum Cypria, quantum
 Sanguinis ingenti de vulnere fluxit Adonis.
 Vertuntur vero in varios circum omnia flores.
 Namque rosam crux effudit, lacrymaque Anemone.
 Non multis sine lamentis lugemus Adonin.
 Interij morte indigna formosus Adonis.
 Alma virum siluis ne luge Erycina sub altis
 Amplius: ipse toro iacet exanimatus Adonis.

Instru-

Instruendo, lectumque tuum tenet: & licet ille
 Sit cassus luce aetherea, & vitalibus auris;
 Pulcher at ille tamen, somno ceu pressus ab alto:
 Tu positio tua membra loca Cytherea cubili,
 Quod picturato percurrit murice limbus,
 Atque ostro intertexta tegunt velamina, & auro:
 In quo per noctem tecum ducebat amator
 Felices olim somnos, & Adonida quare:
 Cumque viro flores rutilos tu proifice: nam cum
 Occupavit puer ille tuus, traxere repente
 Languentem siluis flores, hortisque colorem,
 Unge & odorato miserandum corpus amorem,
 Et myrrha, iacet ille suis in vestibus aureis,
 Et Tyriis: tonsaque comas ob funus Amores
 Assyrii iuuenis deflent, hic forte sagittas,
 Ille arcum pedibus calcat, trahit ille pharetram
 Auratam, atque alius squalenti e crure cothurnos
 Diripit accelerans, aliusque lebetibus aureis
 Fert moestus tepidos latices, aliusque cruce
 Abluit aspersum femur, atque alius fouet alis
 A tergo puerum geminis, circumque iacentem
 Leni facit ventos, magna dehinc voce Dionen
 Deflent: extinxitque faces Hymeneus in ipso
 Limine, dissoluitque animo indignante coronam.
 Heu solitum carmen cantari (cum noua nupta
 Dicitur ad cari sublimia tecta mariti)
 Amplius haud cantat per compita lata iuuentus:
 Lugubri sed voce heu heu canit, o Hymenee,
 Et Charites deflent, Cinyra, Myrrhaque creatum:
 Inque vicem referunt, Perijt formosus Adonis.
 Sublimi sed voce magis, quam tu Venus alma,
 Tergeminæ hunc Parcae deflent, superas & ad auras

Hunc

Hunc dulci cantu reuocant, sed carmen Adonis
Non audit, nec sene finit Proserpina sedes
Linquere tartareas illum. tu Cypria finem
Huic gemitu, & tantis lacrymis impone: simulq;
Nec post hac adeas coniuicia; namque necesse est
Te lacrymas alium diffundere rursum in annum.

5

EIVSDEM IDYLLIVM II.

Cleodemus & Myrson.

QVAE tibi tempestas anni pulcherrima Myrson. 10
Ante alias omnes, magis excepta videtur?
Autumnus ne? Aestas ne? an Hyems? an purpureū Ver?
An ne Aestas prius, agricole cùm debita sacra
I.e. ifera faciunt Cereri: & iam flauus aristis
Ignescit color, & falcem séges arida poscit?
An placet Autumnus? cùm proles rustica curat
Solari non glande famem, non tollere largo
Fonte sitim: nam tunc varius exuberat arbos
Fructibus, atque nouo redolet vindemia Baccho.
Ignauam cupis an ne Hyemem? claususq; paternis
Sedibus ob gelidi penetralia frigora cali
Ante focum, partoq; frui, & coniuicia leta
Ducere, & hybernos agere alta per otia soles.
An ne iuuant te nunc hac flore a tempora Veris?
Da mihi, quóque ferat te nunc tua certa cupido.
Cùm sint, vt referunt vates, hac quattuor anni
Tempora diuini manibus distincta parentis,
Numimbusq; dicata suis, & cognita sacris;
Iudicium facere haud licitum est mortalibus ullum.
Sed dicam Cleodeme tibi, quæ gravior anni
Pars mihi sit, vel cara magis. Mihi displacest Aestas:
Nam me si breuis hora tenet sub sole, coquit me

Sol

Sol subito, atque æstu vires & membra fatigat.
Est pater Autumnus non gratus: namque recentes
Diuersa effundunt morborum semina fructus.
Horresco glacialem Hyemem, & resonantia cali
5 Murmura, perflantesq; Notos, pluiasq; niuesq;
Non possum Cleodeme pati: sed purpureum Ver
Terq; quaterq; mihi carum est: utinamq; rubenii
Floreret Vere aeternum Sicania tellus.
Quando non aestus gyrans est, scelerataq; Bruma
10 Tempora, præcipueq; nocens Autumnus: at other
Purior, & volucrum resonant auaria cantu,
Et passim vestit se versicoloribus arbos
Floribus, & viridante coma: facundaq; tellus
Effundit varios è iacto semine factus:
15 Et leti carpunt siluis noua pabula tauri:
Aequalisq; dies somno est: umbraq; virentes
Inuitant dulcem captare in valle soporem.
Omnipotens pater ethereas cùm conderet oras,
(Iudice me) & molè hanc mundi, pecudesq; virosq;
20 Ver erat, & dulces spirabant leainter aëre:
Et passim florebat humus benevolentibus herbis.

EIVSDEM IDYLLIVM III.

Myrson, Licydas.

DVM virides herbas depastæ armenta soporem
Strata sub arboribus carpunt, & luce sua sol
Iam medium liquidi spatiū concedit Olympi,
Et pulsata terit maturas area messes;
Vix ne aliquod canere, ô Licyda, Siculum mihi carme,
25 Quid teneat pastorum aures, nemorumq; puellas?
Quale ferus Pelagi Nympha Polyphemus amore
Incensus cecinit Neptuni ad littora patris.

D

Hac

Hac semper mibi Musa fuit gratissima: sed quid
Ipse canam? Myr.cane Peliden tecta alta tenentem
Scyria, & incantata Lycomedis amores,
Et simul Aeacide, furtiuq; facera lecti,
Amplexuq; datos, at q; oscula rapti: quibusve
Vestibus induerit se formosus Achilles:
Quoq; modo Theriz ipsa parens cum duxit ad aedes
Regales puerm, pulcherrima Deidamia,
Tali incidentem simulato hand nouit amictu.

Postquam frondosa pastor formauerat Ida
Dardanii classem infastam, deuenit ad oras
Argolicas: rapuitq; Helenam, & perduxit ad Idam;
Exitium pariter Troiae, Nymphae q; dolorem
Oenones comitem i thalamique, torique ingalis:
Tunc ira est accensa graui Sparta inclita, & arma
Sumpit, in arma vocans cum Graiis urbibus urbes
Vicinas, venitque Agamemnon duxor Achiuum:
Elei venere duces, venere Lacones;
Tydidesque ferox, & fullere doctus Ulysses.
Ipse aderat praedae coniux Menelaus abacta,
Dehinc omnes patriam proceres liquere Pelaq;:
Et Spartam petiere; fidem promissaq; Regi
Seruarunt subito vñanimes, sed fortis Achilles
Non aderat: qui iam dudum Lycomedis in aula,
Nerina matris metuens mandata, latebat.
Hic ubi virgineos habitus mentitus, & ora,
Circumdueta colo Milesia pensa trahebat;
Filaque formabat manibus deducta vicissim,
In gyrum torquens unam cum vellere fusum,
Pro clypeo, at q; hasta, vel equo, curruve sonanti.
Ipsa videbatur forma, facieque sorores
Insigni superare suas, & corpore molli:

Purpu-

Purpureusque genis flos, & decus ore rubebat.
Par illis incessus erat: nubisque tegebat
Tegmine casarium intonsam: Martisque crebat
Ingentes animos puerili in pectore: at illum
Urebat furtius Amor: & Deidamiam
Ille idem urebat Phœbe lucis ab ortu,
Lucis ad occasum: modo qua male sanarouebat
Formosum Aeacide corpus: nunc oscula amantis
Mille dabat manibus Pelida: & saucia totis
Artibus occultum sub pectore vulnus alebat.
Interdum lacrymis perfusa, at q; ora pudore
Virgineo, niueos artus laudabat Achillis.
Ille autem ardentis studio quererebat, ut una
Optatos posset caracum coniuge, somnos
Ducere: & hec animo recolens affatur amantem:
Ha nostra que sunt aequali etate sorores,
Bina ineunt dulcem i thalamis de more soporem:
At ego sola cubo: sic & tu sola quiescis
O virgo sola ante alias mihi grata sorores:
At nos unanimes hec serua excludit iniqua;
Obijcibus veluti oppositis.

EIVSDEM.

S O M N V S adhuc prima Phœbi me luce premebat
Fronde super tenera sopitum; quum mibi Cypris
Astitit, ut q; manu secum ducebatur Amorem
Spectantem tellurem oculis, vultumque pudore
Suffusum: mox hec inquit, Cape pastor Amorem
Hunc ex me genitum: quem tu mibi care docebis
Et canere, & calmos teneris percurrere labris.
Dixit: & in tenues subito se sustulit auras.
Ipse autem tenui stipula quacunque canebam;
Hunc puerum, veluti cupientem discere, semper

D 2

Decem-

Decedente die, semper surgente docebam,
Ut citharam Phœbus, calamos inuenierit ut Pan,
Mercurius chelyn, atq; ut sit caua tibia magna
Palladis inuentum: narrabam hac stultus: at ille
Curabat mea verba nihil: sed prima canebat
Furta Deum, & varios casus memorabat amantum:
Et facta addebat care memorandi parentis:
Aet oblitera mihi nunc sunt quaecunque docebam
Dilectum Veneris natum, quo scunque & amores
Me docuit puer ille hominumq; Deumq; recordor.

E I V S D E M .

D u m puer insidias auribus molitur, & ipsa
Retia tensa dolum siluis meditantur opacis,
Sub lucem Phœbi fugitiuum aspexit Amorem,
In viridis buxi ramo frondente sedentem.
Est tunc letitia perfusus: namque auis illi
Magna videbatur, nemorum nec visa per umbras
Amplius: & calamos aptans huc ille volantem
Per nemus, atque illuc vigil obseruabat amorem.
Deuictusq; dolore, sui quia nulla laboris
Meta erat, abiectis calamis properabat ad ipsum
Agricolam, sub quo volucres captare magistro
Non erat, atq; rei seriem memorabat inanem:
Et positum viridi ramo monstrauit Amorem.
Tunc quassans caput, & ridens sic inquit arator:
Parce sequi puer hanc prædam, & fuge: bellua saua est,
Quam spectas. & eris felix, si retia siluis
Tensa leges, volucresq; alias captare parabis,
At eas te lata virum pubentibus annis
Cum faciet, nunc qui nemoris subteruolat umbras,
Et fugit, in capite ille tuo tunc sponte sedebit.

E I V S -

POEMATA.
E I V S D E M .

Aonides magni proles Iouis inclita Musa,
Crudelem puerum quamvis, quem candida Cypris
In liquidi fidit vitales luminis auras,
5 Non exhorrescunt, sed amant, puerumq; sequuntur
Ex animo. At vates, quem non noua flamma perurit,
Aut sonet antiquam, magni si forte labores
Herculis, aut deuicta canat Priameia regna,
Hunc subito fugiunt: atq; hunc accedere ad undas
10 Permessi prohibent, aut labra immergere lymphis.
Si vero vati dulces Amor acer amanti
Ossibus implicuit flamas, tunc ille sororum
Castalidum auxilio fretus diffundit ad auras
Ærias dignos Musis, & Apolline cantus.
15 Testis ego his dudum cantu notissimus oris.
Nam si forte viros celebrem, heroasve canendo,
Rauca canit mea lingua: nec vt prius illa Napeas,
Pastoresve tenet cantu: sed frigida fractas
Emittit nemorum vicina per aua voces.
20 At si forte cano Galateæ aut Accidis ignes,
E nostro tunc ore fluit memorabile carmen,
Et me circumstant, admiranturq; canentem
Siluani, Dryadesq; Deæ, pecudumq; magistri.

E I V S D E M .

25 Pieridas vocet acer Amor, chorus omnis Amorem
Sublimem portent humeris: mihi dulcia semper
Carmina concedant cupienti, & lata Camena.
Nam mihi res nec grata magis, nec dulcior villa est.

E I V S D E M .

30 Dulcis Acidalia Veneris lux aurea vespfer,
Obscuræq; decus noctis, te roscida quanto
Luna magis fulget, cum nox tegit humida terras;

D 3 : Tanta

Tanto tu stellas inter. Salve et heris ingens
 Stellantis iubar; & lucem pro lumine Phœbus
 Nascentis concede mihi: dum limina Nise
 Inuso, comitesque meos: ut lata canentes
 Carmina, certatim domina referamus amores.
 Namque hodie primum nostris lucescere terris
 Incepit noua luna, cito & decedet Olympos.
 Per noctem incedo; non ut mortalibus villas
 Nocte parem insidias miseris, nostrisque viator
 Ense cadat: stabulisve abducam armenta reclusis.
 Non mihi mens tam dira venit: sed amore teneri
 Me fateor: fer opem misero, & miseratus amantes
 Nocturnos, me Vesper ama, & mihi lumen eunti
 Per tenebras ostende, Venus sic te Dea Cypri
 Astrorum ante alios omnes amet aetheris ignes.

EIVSDEM.

Procuruum ad littus veni, quae me via duxit
 Ad mare, quaque meas cingunt nemora ardua valles;
 Crudelique canens Galatea in littore fundam
 Mille preces: nec spes villo me tempore dulces
 Destituent, licet & tremulum caput induat albans
 Caniciem: & vires premat incurvata senectus.

EIVSDEM.

Ipse ego si condam felicia carmina: que iam
 Fata dedere mihi, tollent ea nomen ad astra,
 Sola meum: sed erunt si forte ingrata Camenis,
 Et Phœbo; quid opus tantos perferre labores
 Est nobis? nam si rerum fator ipse dedisset,
 Aut parca huic vita duplicatum tempus: ut illud
 Concessum foret & studijs, multoque labori,
 Atq; hoc letitiae, spes nos tunc certa maneret
 Poſſe frui sine fine bonis, meritisque laborum

Carpere

Carpere nostrorum fructus: verum quia tantum
 Dij dederunt vita tempus mortalibus vnum:
 Ab miseri, quis erit finis, certisque laborum
 Terminus: ad varias animum conuertimus artes;
 Diuinitasque magis sequimur componere: certum est
 Nos esse oblitos mortali è semine natos,
 Et breue sortitos futorum ex ordine tempus.

EIVSDEM.

Quum iuuenis magno prementur membra dolore,
 10 Illius inuasit mentem stupor, oraque, & artus;
 Quarebatque artes medicas adhibere cruentum
 Ad vulnus: quod vitali succo Panace
 Fouit, & Ambrosie pariter: sed non habet ullam
 Vim contra parcas herbarum operosa potestas.

EIVSDEM.

Consulere artificem, vel opem deposcere in omni
 Re decet haud quemquam: tu cera iunge cicatas,
 Nam res est facilis; nec eget multo illa labore.

EIVSDEM.

20 O Lycidam magno ne me sine honore relinquas:
 Namq; mibi pretium exhibuit pro carmine Phœbus,
 Atq; facit res maiores honor ipſe, fouet q;

EIVSDEM.

Fæminei decus est generis forma ipsa: virumque
 25 Est animus prestans, magnisque in corpore robur.

EIVSDEM.

Gutta licet tenuis sit aquæ, & mollissima tactu;
 Illa tamen crebro lapsu cauat aspera saxa.

EIVSDEM.

30 Felices qui amant; quando pars utraque amanti
 Responderet paribus curis, atq; equat amorem.
 Pirithoo fuit Aegides comitante beatus:

D. 4

Descendit

56 L A V R E N T I I G A M B A R A E
 Descendit licet ad regem implacabilis Orci,
 Et fuit immites populos apud acer Orestes
 Ter felix : quoniam Strophio generatus Achaeo
 In frenes illum ad Tauros non liquit euntem.
 Et felix fuit Aeacides viuente Patroclo,
 Et felix fuit hic : mortem namq; vltus amici est
 Actoridae magnus Teucrorum terror Achilles.

M O S C H I S I C V L I

I D Y L L I V M I.

Epitaphium Bionis.

Vos mecum herboſi saltus, & Dorica lympha,
 Trinacrie & paſſim fluij, plantæq; virentes,
 Et posita hos circum colles nemora alta Bionem
 Deflete, & vos o flores ostendite luctum,
 Nec vestris ſolitum foliis effundite odorem.
 Vosq; roſa quondam niuea, niueumq; papauer,
 Contrahere amiffo non vos pafatore vicifſim
 Puniceum pīeat dumis, hortisq; colorem.
 Tuq; tuos memora caſus Hyacinthe, tuisq;
 Adde etiam hoc folijs, Heu heu : cantu inchytiſ olim
 Trinacrijs perijt vates celeberrimus oris.

Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.
 Tu Procne infelix, & tu Philomela ſonoris
 Qua canitis ſiluis, Arethuse dicte Nymphe :
 Morte Bion perijt, carmenq; & Dorica Musa.

Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.
 Strymonis in aquis cygni cantate querelis
 Flebilibus carmen, fed quali voce Dion ſiam
 In veſtris cecinit labris, & dicte Nympheis :
 Qua iuxta rapidas Oeagri fluminis undas,

Bifto-

P O E M A T A.

Biftoniasq; colunt ripas : ſua lumina noctem
 Clauſit in aternam languentia Doricus Orpheus,
 Armentisq; Bion carus, non amplius illis
 Illeca affuetos cantus modulatur in umbra;
 § Carmen at infernis lethæum condit in oris.
 Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.
 Viciniq; silent montes, lugentq; iuuencæ
 Errantes iuxta tauros per floridæ prata :
 Nec liquidos curant fontes, nec graminis herbam.
 10 Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.
 Hortorum Di cunctodes fleuere vicifſim,
 Et Fauni fleuere : tuum per proxima prata
 Spirant carmen Panes, Satyriq; bicornes.
 Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.

15 Ipſe tuam longum fleuit turbatus Apollo
 Mortem insperatam, maſta tua funera Nymphe
 Naiades circum lugent, & fontibus undæ
 Sunt, versa in triftes lacrymas, & rupibus Echo
 Maſta ſilet, quod non tam longa silentia poſſit
 20 Rumpere, & affuetos imitari garrula cantus.
 Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.
 Morte tua fructus pendentes fertiliſ arbos
 In terram, excuſit : floſ latiſ aruit hortis.
 Nec pecoris niueum lac fluxit ab ubere, nec mel
 25 Hortorum ē cellis, filuestri aut ilice fluxit.
 Mella ſuis periore fauis liquefacta dolore :
 Agricola Autumno, nec primi Veris in ortu
 Mella poſteſt legere villa, tuo iam melle perempto.

Dicte Sicelides lugubria carmina Nymphe.
 30 Non tantum aequoreo delphini in littore fierunt,
 Nec tantum in ſcopulis cecinit philomela, nec altos
 Per montes tantum moſtissima luxit hirundo,

D §

Aut

Aut tanto Halcyone fleuit Ceyca dolore.

*Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphæ.
In saltis cecinit tantum nec Cerylus vndis,
Nec tantum aurora prolem fleuere volantes
Olim Memnonides Eoo in littore circa
Illiis tumulum, quantum fleuere Bionem.*

*Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphæ.
Quásque olim siluis cantu, vel voce tenebat,
Quásque loqui recubans umbra viridante docebat
Diuersas volucres dumis, aut rupe sedentes,
Inter se innumeris luxere Biona querelis.
Ast alta responsa dabant: *Lugete columbae
Vos quoque, vosque dolor tangat, luctusque perennis.**

*Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphæ.
Et quis erit tandem confidentissimus ille;
Admoueat qui sponte tuis sua labra cicutis,
Percurratque manu dextra, calamósque sinistra?
Spirat adhuc namque ipsa tuos, tua fistula cantus,
Sola & arundinibus Echo te querit in altis.
Pan stipula Deus ipse tua fortasse timebit
Ludere, ne pudeat mortali cedere, victum.*

*Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphæ.
Flet Galatea tuos cantus, quam carmine dulci
Mulcebas, tecum prope littora curua sedentem:
Nam non ille tibi Cyclops aquile canebat
Carmen; & illum ideo fugiebat cerula Nereis,
Vicinique mari te respiciebat ab vndis:
Nunc liquidas sedes oblita recumbit arenis
Desertis, sequiturque tuam per littora vocem.*

*Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphæ.
Tecum una Aonidum perierunt dona sororum
Omnia, & ad tumulum lacrymas effundere Amores
Indigene*

5

10

15

20

25

30

*Iridigena videre. Venus te pastor amabat,
Atque amat ipsa magis, quam dulcia Adonis olim
Oscula, quæ dederat morienti mocta marito.*

*Angit te miserande Mele dolor alter, & ingens
Cum gemitu luctus, nam sub tua flumina quondam
Te fleuisse ferunt, interque sonanitia saxa,
Atque implesse tuis lacrymosis vocibus æquor,
Dulce os Calliopes, quum vita excessit Homerus.
Nunc alium defles immitti funere natum*

Abreptum, luctusque gemens tabescis amaro.

*Ambo autem liquidis dilecti fontibus, ambo
Felici insignes cantu, prior ille bibebat
Pagasidos lymphæ laticesè dulcibus, alter
Haeribat gratas Arethusæ fontibus vndas:*

*15 Alter Ledream prolem, primosque Pelasgum
Ductores, & Peliden, hic non fera bella,
Non tristes lacrymas, sed tantum Pana canebat,
Sicanos & pastores: interque canendum
Pascebatur pecudes ad amoeni littoris oras;*

*20 Iungebatque simul teretes mira arte circutas,
Disparibus quas ordinibus, numeroque, locabat.
Interdum vitula siccabat lactea palmis
Übera, & interdum concessa docebat amantum
Oscula languentum, gremioque fouebat Amorem:*

25 Carius erat Veneri, firmoso & carus Amori.

Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphæ.

*Te magna deflent urbes, atque oppida circum
Cuncta Bion: magè quam præduris aspera saxis
Ascrasum vatem egregium, Thebagum, Pelasgo,*

30 Insula nec Lesbos, niueis nec Cœa iuuencis

Grata suos magè deflerunt per compita vates.

*Qui etiam te parua Paros cupit ipsa, magis quam
Archî-*

Archilochum, vatisq; sua non carmina curat;
Sed tua per silvas Mytilene Lesbia cantat,
Tēq; Syracusius defluit carmine vates.
Aufonij sed ego luctus tibi carmina condam
Deductum non ignarus contexere cōrmen.
Quod nos pastores docuisti: tu quoque magnas
Diuitias alijs liquisti, at Dorica nobis
Carmina, nos tanto quondam dignatus honore.
Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphae.
Heu maluæ postquam campis perierte, & anethum
Aruit, atq; apium interiit squalentibus hortis
Ob brumam, rigidâsq; hyemes: cùm terra tumescit
Imbrifero sub Vere, apium, maluæq; virescunt,
Atque ornata comas ridet latissima tellus
Floribus, & pratis diuersis afflat odores.
Nos verò virtute virisque, & robore tanto
Præstantes, postquam vacuo nostra ossa sepulcro
Tecta iacent, tenet eternum nos somnus, & auras
Vitales mors seu negat nos lumine sueto
Cernere: tūq; silens tellure es conditus alta.
At Musis visum est, ut semper carmina ludat
Batrachus: at non invideo, namq; ille sub umbra
Cantando, incultum disperdit cōrmen in auras.
Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphae.
Quis tua tam tetrum virus crudelis ad ora
Admonit? insitve dari, vel nigra venena
Miscuit? atq; tuo non est commotus agresti
Carmine, cantantem si te unquam vidi in umbra.
Dicite Sicelides lugubria carmina Nymphae.
Castigat sed iusta viros Astraea nocentes;
Nam pœnas subiere graues pro crimine tanto,
Magne Bion, nunc ipse fleo tua funera: quod si

vt

10

15

20

25

30

POEMATA.

Ut quondam Laëtiades, & Thracius Orpheus,
Alcidæsq; Orci descendere ad intima possem;
Tartara, fortè domos inferni regis adirem;
Cernere ibi ut possem, si fors tua carmina Diti
Nunc cantes, tēq; audirem, sed tu quoque magnam
Carmen, apud cane Persephonæ, at quale solebas
Vallis his canere, & dulces effundere voces.
Sepius illa etenim Sicana lufi in Aetna,
Et duxit comitatæ choros ad littoris undam,
Et Siculos cantus, & Dorica carmina nouit.
Non sine honore tuum, nec erit sine munere cōrmen.
Et sicut vati fidibus citharâq; canenti
Consortem thalami Eurydicen concessit, ut illam
Duceret ad superas auras: sic te quoque forsan
In dulces patriæ colles, saltusq; remittet.
Ait ego si scirem calamos inflare sonantes,
Prote care Bion, non tartara nigra timerem,
Ut possem superas mecum te ducre ad oras.

EIVSDEM IDYLLIVM II.

Europa.

Svb lucem Europeæ Venus alma in somnia misit,
Cum non distaret longè Titonia coniux,
Et pars vrgeret tenebrosa tertia noctis,
Somnia cum vera esse solent mortalibus egris;
25 Huic dulcis tunc melle sopor magis, humida molli
Lumina deuinxit nodo, geminisq; resedit
Palpebris, soluens languentia lumina somno.
Tunc illa in somnis, latis arma impia campis
Inter se geminas regiones ferre videbat,
Feminea insignes forma, quarum altera dixit
Europe: O virgo, genu te, atque ubera nostra.

Suxisti

62 LAVRENTII GAMBARAE
*Su*xisti primum, atq; alii pubentibus annis.
 Altera vim manibus illi incutiebat, & illam
 Non tamen inuitam in ditissima regna trahebat,
 Europam memorans (sic fata immota manebant)
 Fama olim illustrem fore, perpetuumq; daturam
 Et genti, noménque loco: tunc ossa tremore
 Sunt subito concussa nouo: et sic mesta resedit,
 Non dicens somnos stratis: puroq; videbat
 Lumine adhuc geminas stantes in lumine formas,
 In talem somno erumpit perterrita vocem:
 Quis Deus his mentem, tranquillaque pectora binis
 Vexat imaginibus; dum stratis nocte quiesco?
 Quod verò est hospes, que me nunc fronte recepit
 Tam lata, & geminis est me complexa lacertis:
 Non secus, ac concepta forem si illius in alio?
 Hec Deus omnipotens in somnia nostra secundet.
 Hec dicens, subito stratis surrexit, & ipsas
 Aestate aquales comites, & sanguine claro
 Querebat, cum queis filius ludebat in altis,
 Aut solitos quando illa choros agitare parabat,
 Vel nitidum quando corpus mersabat Anauri
 In fances; qua se ille maris commiscet aperitis
 Fluctibus: aut quando carpebat lilia campis,
 Lilia odoratis folijs, niueoq; colore.
 Aetutum venere omnes, calathumque legendis
 Floribus auricomis leua de more gerebant,
 Curuaque pernici petierunt littora gressus:
 Quia iuxta semper benevolentia prata virebant;
 Aestuos soles ubi condere sapè solebant,
 Vndarum pelagi strepitu, florumq; colore
 Gaudentes, & filiarum frigentibus umbris.
 Auratum vero calathum mira arte ferebat

Intextum,

POEMATA. 63
*Intextum, niueis manibus Sidonia virgo,
 Igni potentis opus Vulcani, quem dedit olim
 Is dono Libyæ. peteret quum dulcia regis
 Connubia æquorei. Libyæ sed Telephaessa
 5 Munere concessit: dedit hunc dehinc mater habendum
 Europe: varijs illic distincta figuris
 Dædala facta aderant. Io sub imagine vaccae
 Fulgebat longè ex auro celata nitenti,
 Atque viam carpens pedibus maria alta fecerat,
 10 Nanti hand dissimilis: namq; illic cerula ponti
 Unda relucebat tremuli: quam leniter aura
 A dulci flatu Zephyri commota mouebat.
 At leua de parte viri duo littore in ipso
 Astabant, pelagiisque bouem freta salsa tenentem,
 15 Tranantemque maris fluctus mirantur amaros.
 Parte alia ponti, Diuū calatus erat Rex,
 Tractabatque manu dextra, leuaque iuuencam
 Molliter. hæc autem postquam peruenit ad alta
 Ostia; qua Nilus liquido pede currit in aquor,
 20 Rursus in antiquam formam conuersa iuuencia est
 Ab Ioue, sed versæ facies erat aenea vacca
 Inachis. calatus erat Saturnius auro
 Ex solido. Nili color ipse argenteus vndis
 Non se immiscebat pelagi: circimq; coronam
 25 Insignem hanc calathi latè fulgentis, & oras
 Insignitus erat formosa Atlantide natus.
 Hunc iuxta prostratus erat vigilantibus Argus
 Luminibus quondam ornatus, de sanguine cuius
 Purpureo prodibat anis: que sparsa colore
 30 Diuerso geminas alas, corpusq; virentum
 Pratorum aquabat flores, gressusq; superbo
 Lata videbatur procedere, cœ ratis altum.*

Per

Per pelagus, calathiq₃, oras incinxerat aliis.
Talis erat calathi ornatus, quem leta ferebat
Sidonis aequales inter pulcherrima forma:
Insigni: debinc prata petunt fundentia flores:
Hec animum vario flororum pascet at honore,
Narcissumq₃ alie carpebant, siue hyacinthum:
Serpillumq₃ alie, violisq₃, thymumque legebant.
Hec & odoratis miscet floribus herbas:
Illa croci frondente comas in valle metebat.
In medio stabat comitum, & tundebat oientes
Suave rosas Europa, velut formosa Dione
Ter geminas inter Charites per florea prata;
Virgineum ipsa diu non seruatura pudorem:
Namque pater Zonam soluet Saturnius, & non
Amplius illa animum cum Nymphis carpere blandos 15
Adiicit flores, nam postquam Iuppiter alto
Europam in pratis prospexit ab aethere ferta
Texentem, est telis Veneris percussus, & imo
Incantus dulces concepit pectore flamas:
(Aetherium nam sola potest sua sub iuga regem
Mittere) & euitans suspecta coniugis iras,
Atque volens tectis inuoluere frandibus ipsam
Europam, ignaram facti, celer occulit artus
Diuiinos, & se taurino in tergore texit.
Et iam factus erat praestanti corpore taurus,
Non qualis campo, aut stabulis nutritur in altis,
Nec qualis qui iam domito trahit effeda tergo.
Fili flauus erat color, & nota candida tantum
Fronte inerat media: circum, longeque relucens,
Spirabat Venerem ex oculis: aqualia sese
Cornua tollebant capite, incuruatq₃ in orbem
Tangebant sese (visu mirabile) tanquam

Exoriens

POEMATA.

Exoriens noua luna, simul cum cornua curuat.
Hic tandem ardenti florentia pascua gressu
Deuenit, Nymphaq₃ sui non terruit oris
Aspectu: sed amor ingens mentemque, animumq₃
5 Illarum subiit, mansuetum tangere taurum:
Cuius odor latè spirans de corpore, cunctos
Hortorum, pratiq₃ omnes superabat odores.
Dehinc sterit ante pedes intactæ virginis, ore
Illiustri miti collum lambebat, & illam
10 Mulcebat nitido aspectu: tunc ipsa sinistra
Molliter, & dextra taurum tangebat, & ore
Spumam abstergebat manibus, atque oscula tauro
Inscia libabat fraudis: fundebat at ille
Tales mugitus, quales caua tibia cantus
15 Mygdonis, atque genu incurvans spectare nitem
Europam, & collum flectens ostendere dorsum.
Illa autem socias sic est affata timentes:
O fide, & cara comites, accedite ad umbras:
Hanc viridem, ut tauri tergo sedeamus, & vna
20 Errantes filius frigus captemus, & auras.
Nam dorso duplici sese tellure reclinans
Suspiciens cunctas, veluti ratis acta per equor.
Non toruo aspectu est taurus, sed mitis ei mens,
Haud fecis atque homini: tantum vox illius ipsum
25 Non hominem sonat. Hec dicens, ridensq₃, resedit
Flauentis dorso tauri: sed lenta teneret
Dum mora Phoenissas comites, levius ille repente
Erexit sese, raptamq₃ ad littora praedam
Portat, & accelerans ponto se immittit aperto.
30 Illa autem magna desertas moesta vocabat
Voce suas comites, iunctasq₃ ad littora palmas
Vertebat, sed curua sequi per carula taurum

E

Haud

Haud poterant miserae comites: nam per maris altas
 Currebat taurus Delphine fugacior undas.
 Emergent summis passim Nereides undis,
 Ceterum latis humeris, dorsoq; sedentes,
 Et tauro occurrunt celeri per marmoram motu.
 Ipse sonans pelagi dominus subter mare fluctus
 Miscebat, fratriq; fuiens predebat eundi
 Per freta lata viam: & circum Tritones aduncis
 Ludentes conchis hymenium ad luscida celi
 Sidera tollebant pariter, plausiq; sonoq;
 Quem resonans caua concha dabant per carula ponti. 10
 Pulchra Europa sedens taurino tergore, dextra
 Prendebat dextrum cornu, leuaq; fluentes
 Purpureos chlamydisq; sinu, limbumq; trahebat:
 Aequorea pictas vestes ne tingeret unda.
 Circa humeros autem, & cendentia colla puella
 Implebant placidis crepitantia flamina vestes
 Flatibus, atq; leui reddebat pondere praedam
 Sidoniam, lateri imposuam, dorsoq; iuuenit:
 Non secus ac mare per medium data linteae ventis
 Implentur, patrios montes non illa videbat,
 Non littus patrium ulterius: namq; aureus aether
 Supra erat; atq; infra placidi maris aquora t. intum.
 Mox circum aspiciens tali sic voce locuta est;
 Quo me fers o' taure tuo per marmora dorso?
 Aut quis es? hoc pedibus non est via tuta bisulcis.
 Non metuis pelagi fluctus? facilis maris unda est
 Pupibus, horrescunt omnes freta salsa iuuenit.
 Ecquis erit potus tibi? nū potabis amaro
 Hos latices? medius pascē an fluctibus algas?
 Si deus es, tu indigna facis pulcherrime, que non
 Numina sancta decent: vasto nec in aequore tauri,
 Delphines

57

Delphinesve solo incedunt. tu pascua namq;
 Leta simul, terramq; colis, pelagiq; profundis.
 Aequora, nec falso tingis tua corpora fluctu.
 Ungula pro remis tibi seruit, & humida transas
 Hac maria, aerias fors tu sublatus in auras,
 Haud secus, ac volucris cali per inane volabis.
 Infelix Europa, patris tecta altare reliqui,
 Atq; sequens taurum sequor hoc iter aequoris alti
 Non notum, & sola his spumosis fluctibus erro.
 10 Tu vero Neptune pater, cui carula parent,
 Sis felix, cupio ipsa aliquem, qui monstrat aperta
 Per maria alta viam, neque enim sine numine
 scindo
 Hec vada: tunc alta corpit sic taurus ab unda.
 15 Confide o virgo, nec nostri haec humida fratris
 Regna time: sum regnator radiantis Olympi,
 Calicolumq; Deum genitor: vide o'rg; ihuencus
 Esse tibi; quoniam formas convertere in omnes
 Me possum: sed Amor metiri haec marmora me nunc
 20 Impulit, in taurum mutatum, ast insula Creta
 Accipiet te leta sinu, que lucis in auras
 Me fudit, nec non aliuit, tuq; inclita virgo
 Filic connubia aspicies, prolemq; deabus
 Aethereis similem partu dabis, atq; parentem
 25 Me regum facies quondam dulcissima coniux.
 Dixit, & euenero simul, que dixerat ipse
 Iuppiter: in medijs quum Creta apparuit undis.
 Formam autē solitam sumpsit regnator Olympi:
 Confestimq; Dea thalamis genialibus Horæ
 30 Regales struxere toros, latusq; recinxit
 Virginis Europe Zonam Dicteus amator.
 Quaq; puella fuit nuper, nunc sponsa Tonantis

*Et louis: atq; Ioui genuit facunda seueram
Progeniem, & facta est, Phœnicis filia, mater.*

EIVSDEM IDYLLIVM III.

Megara.

*CVR vexas animum insano miscranda dolore
O mater? cur purpureus rubor ore recessit?
An quia crudelis Stheleni illaudata propago
Imperitat nato timidus, velut ipse leoni
Hinnulus, & iam nunc in multa pericula mittit?
Heu quali Diuum genitor me affecit honore!
Aduerso quam me fato genuere parentes!
Infelix heu, que postquam sortita mariti
Egregij tedas ego sum, hunc coluique, coloq;
Ex animo, venerorq; libens, ceu lumina nostra:
Quo non mortales fuit infelior alter
Inter, ab eterno postquam sunt facta parente
Sidera, & Oceani tractus, terræq; patentes;
Nec passus tot iam casus, animoq; dolores:
Qui calamis, arcuq; fero, quo munere Phœbus
Flum donarat, fixit sua pignora telis,
Parcarum tanquam si spicula dira fuissent:
Atque illis vitam eripuit, plenusq; cruento
Natorum; veluti furijs agitatus Auernis,
Per thalamos buc ille miser volitabat & illuc.
Quos tunc infelix vidi, pariterq; paternis
Transfixos iaculis: quod non per somnia ciuiquam
Accidit, id misera mibi clara cernere luce
Euenit: natis poteram nec ferre supremum
Auxilium, quamvis matrem me voce vocarent
Sape suam: namq; ipsa manus, aut tela furentis
Effugere haud poteram, & crudelia fata mariti.
Ut Procne, implumes cuius serra vipera natos*

Ore

*Ore vorat nemorum in dumis, misera tata petentes
Vitale auxilium stridenti gutture natos
Peruolitat circum, quod non dare paruula mater,
Imbellisq; potest: namque hoc accedere monstrum
Horrendum, & crudele timet. sic ipsa querebar
In felix partu, nec non & stirpe meorum
Natorum, quos tunc deflens, per regia demens
Precipiit hic illuc currerbam hec atria gressu,
Ipsa meos inter iacuisse mortua natos
O utinam transfixa iecur, peltusq; sagitta,
Qua foret immitti nigroq; armata veneno;
Feminei o generis virgo Latonia praes.
Tunc nostra amborum luxissent fatal parentes
Ad tumulum effusis lacrymis, atque ordine longo
Flamarum magna duxissent funera pompa,
Communiq; rogo posuissent, ossaq; in aurea
Vrna clausissent: cineresq; vrnamq; locassent
Uno eodemq; loco, quo primas hausimus auras,
Nunc illi florentem urbem, tot & oppida Thebes
Circumhabitant, atque Aonij ferro aruare curuo
Felcis campi proscindunt: ast ego mentem
Vulnere perturbata graui Tirynthia tristis
Tecta colo, ingenti percussa dolore: nec villa est
A lacrymis, vel luce quies, vel nocte ruente.
Ille autem raro Thebanas incolit ades;
Namque opus ante oculos multorum habet ille laborum,
Quos tanquam terra iactatus, et equore cunctos
Sustinet, acrem animum præstanti in pectore seruans,
Prædurum mage quam ferrum, vel robora faxi;
Tu verò torosq; dies, noctesq; liquefscis,
Ceu nix, ad tepidum solem sub tempora Veris.
Nostrorum at nullus me nunc solatur acerbo*

E 3

Con-

Concussam casu: namque hos non regia nostra
 Tecta tenet, trans Isthmum habitant: nec qui mea possit
 Est malu, nec tantas afflictio in peccore curas
 Lenire, excepta Pyrrha: licet illa dolorem
 Sollicitum sub corde premat pro coniuge caro.
 Non tam infelices natos villa cedit vñquam
 Mortalis partu, que misera Deoque hominique
 Sit pariter, quantum ipsatuos, sic mestis locuta est
 Alcide contux: illi ex oculis, pérque ora fluebant,
 Pérque genas lacryma in peccatis, gremiuimque dolentis, 10
 Dum natos animo recolit, carisque parentes.
 Hoc codemque Alcmena modo miseranda rigabat
 Pallentes lacrymis malas, grauiterque dolebat
 Sufpirans, talique nurum sermone gementem
 Alloquitur. Prole infelix mea nata, tenet cur
 Nunc desiderium lacrymas emittere, & ambas
 Perturbare simul, memor antem tot mala nostra,
 Atq; graues animo curas: incommoda prima
 Nondum sunt defletasatis, quum protinus illis
 Addunt se ex alijs alia, & glomerantur in horas
 Deteriora: audiens flendi foret ille, velut qui
 Preteritos casus, & tot mala nostra, referre.
 Sed confide: Deum non nos supraea voluntas
 Addixit tali fato: pressamque dolore
 Natagru te proficio, casuque recenti;
 Atq; ideo ignosco tibi, quod tua lumen a flendo
 Fessa tument, pariterque gene. nam gaudia grata
 Non sunt perpetuo, cessaque expleta cupidio;
 Téque fleo dilecta, tuum miserata dolorem;
 Fortuna quoniā consors es tu quoque nostra: 30
 Que nos iactat adhuc, nec habet violentia regressum,
 Et sciat hoc Dea Persephone, velut a Ceresque

Tempora,

Tempora: quas si quis periurus fallat, acerbas
 Dat penas, quid cara velut mihi nata fuiisti,
 Et nostris tanquam tectis edicta paternis.
 Téque latere puto non hoc, nec dixeris unquam
 5 Te mihi præteritos vñ dum viximus annos
 Neglectam ipsa licet superarem prole carentem
 Natorum Nioben flendo: culpandaque nulla est
 Fato aliquo natos mater si deflet ademptos;
 Hunc decimo ingenti sum mensē enixa labore:
 10 Difficilis nam me partus propè depulit vndas
 Ad Stygias, Erebique domos, & nunc miser ille
 Ut ferat immitti duros à Rege labores,
 Est missus: nec eum reducem me certa videndi
 Spes tenet: & me etiam per dulcem insomnia somnum.
 15 Tristia terruerunt, noctesque, diésque timore
 Suspensa afficiar, miseris ne incommoda natis,
 Exitiumque ferant, media mihi visus in ipsa est
 Nocte tenens manibus factum mira arte ligonem
 Filius, atq; illo fissam florentis in agri
 20 Extrema parte effodiens; quem nulla tegebat
 Purpura, conductus tanquam mercede colonus
 Aduena, sed postquam duri peruenit ad ipsum
 Finem operis, posito cingens munimine campum,
 Incurvum herbosō defixit in aggere ferrum,
 25 Induere & solitas vestes, velut ante, volebat:
 Quum subito fissam supra Vulcamia pestis
 Effulgit, circaque meum noua voluebatur
 Alcidem flamma: ille retro vestigia vertens
 Effugere accensum plantis pernicibus ignem,
 30 Atq; hic, atq; illuc dextra versare ligonem
 Pro clypeo, & se defendere ab igne sequaci,
 Intentosque oculos vigil hic voluebat, & illuc,

Nudatum crepitans ne corpus adureret ignis.
 Ipse videbatur fortissimus Iphiclus illi
 Auxilium dare velle. at humi tunc concidit, antè
 Quām magnum cursu Alciden, accedere posset:
 Ut quondam senior longo confectus ab auro,
 Inuitum quem corripuit non grata senectus
 Puluera imbellis lapsus tellure recumbit,
 Multa gemens, veniat donec, qui subleuet ipsius
 A terra, venerans faciem, canamq; senectam.
 Iphiclus hand aliter stratus tellure iacebat.
 Ast ego mæta meos flebam tunc, filia, natos
 Desertos omni auxilio, donec mihi languens
 Excussus sopor ex oculis, & ab aquore surgens
 Aurora à Phœbo perfusa oriente rubebat.
 Sic noctem duxi insomnem: nam somnia nostro
 Terrorem incussere animo. Verum hæc mala ad ipsum
 Sæua Mycenaum regem vertantur, & illi
 Sit vates animus: nec nos fors sueta fatiget.

EIVSDEM IDYLLIVM IIII.

Amor fugitiuus.

ALMA Venus natum Paphijs amiserat oris,
 Et voce ingenti clamabat: Si quis Amorem
 Errantem in triujs conspexerit, illicet ipsam
 Me moneat matrem, puer est meus ille, domo qui
 E nostra furtim ausfigit, tūque ipse repertor
 Amisi nuper nati pro munere sumes
 Oscula. Si verò è triujs ad nostra reduces
 Tecta vagum puerum; tunc oscula non mea tantum
 Accipies, sed plus tu nati ductor habebis.
 Ipse autem puerum indicis his omnibus ipsum
 Cognoscet: Olli niueus non est color, igni

At

5

10

15

20

25

30

At similis, rutilas imitantur lumina flammæ.
 Huic semper puero mala mens, sua visq; loquela:
 Vox & odoratis mel lectum è floribus Hyblæ est.
 Hic semper loquitur simulata mente, suasq;
 5 Inneicit ludens fraudes, & vera fateri
 Non solet: huic facies nullo est perfusa pudore.
 Sed si felle tumet, puer implacabilis ille est.
 Obnubit nullo flauos velamine crines
 Intortos, paruas habeat licet impiger ambas
 10 Ille manus, tamen intorquet tela ignea longè,
 Et iacit ad Phlegethontia suas, regemq; sagittas
 Tartareum: nullo corpus tegit acer amictu,
 Sed mentem tegit: & paruas habeat licet alas,
 Ut volucris volat ille tamen, quæ grata Tonanti est.
 15 Nunc & ad hos celer ille viros, nunc adiuuat illos:
 Fæmineo senus generi nec parcit, & imis
 Visceribus sedet irridens: est paruulus arcus,
 Paruaj; tela super, quibus ardua sidera cali
 Attingit, Superumq; domos, regemq; Deorum,
 20 Aureaq; ex humeris dependet parua pharetra,
 Spicula qua gestat succo perfusa nocenti.
 His matrem petit ille ferox mesæ sagittis.
 Omnia amara gerit secum, atque asperfa veneno.
 Cumque minor fax sit puero, quam lucida Soli
 25 Lampas, at ille tamen Solem crudeliter vrit.
 Hunc tu si inuentum capies, vincla iniuste capto
 Confestim, nec tu pueri miserere precantis.
 Si verò lacrymis asperferit ora profusis,
 Ipse caue te decipiatur. Si arriferit ultrò
 30 Ille tibi, faciem auerte, & trahere compede vinclum.
 Si dare forte tibi volet oscula, tu fuge longè,
 Oscula nam mala sunt, & sunt labra ipsa venenum.

E 5

Hac

Hac cape, que mea sunt, si forsitan dixerit, armaz
Quae dono nunc sponte tibi: ne munera tangas
Illius: illa etenim sunt tot fallacia dona,
Et latet his ignis, & sunt sparsa omnia flammis.

E I V S D E M .

Cum placide spirans ponti mouet aquora ventus,
Latitia mens exultat: neque cara Camœna est
Amplius ipsa mibi nam mulcet pectora multo
Nostra magis placidus ventis, & murmure pontus.
At quando albescunt fluctus noctemq; hyememque
Fert secum stridens Auster, curvatur & unda
Multam maris; terram aspicio, & nemora ardua, & ipsam
Effugio mare turbatum: tunc fidere terra
Non dubito: nam silua mihi non displaceat altis,
Et densis umbrosa comis; ubi murmurat Eurus
Per nemora alta: licet pinus pulcherrima vento
Mota canat. certe ille capit qui per freta pisces;
Cuiq; domus ratis est, labor & mare, prædag; fallax;
In usum semper vitam trahit, at mibi somnus
Sub platano frondente placet: lymphæq; cadentis
Vicina de rupe sonum super aspera saxa
Audire, est res cara mihi: qui dulce per ipsa
Saxa sonans, lenti agricola non ocia turbat.

E I V S D E M .

Pan olim vicinam Echo Tegeæus amabat:
At Satyrius saltans Echo torquebat amore:
Sed Lyde hunc Satyrum; nec amatus amabat amante,
Vtq; Deum Pan a vrebatur resonabilis Echo;
Echo sic Satyrius: Satyrum sic candida Lyde;
Sic ludens crudelis Amor malefana vicissim
Pectora languentum telis agitabat amantum:
Namq; aliquis quantum tristem spernebat amantem,

Tantum

25

30

30

Tantum odij contemptus amans refrebat amante.
Omnibus hac precepta dedi, quorum ipse Cupido
Non potuit solitus animos inuoluere flammis.
Vos vero qui amant, oltrò permitite amari:
Namq; olim accensos quium vos nona flamma tenebit,
Illo eodem ardebit quo vos ardebitis igne.

E I V S D E M .

Alphæus magna labens prope mœma Pisa,
Ad pelagus celesti cursu peruenit: ibi q;
10 Immittens se subter freta nota profundi
Occulitum per iter Siculus tendebat ad oras;
Multæ sua portans Arethusa munera, sacri
Innumeræ frondes oleastri, & gramma mille,
Pulus Olympiacus late redolebat odoris
15 Floribus: in medio quem fluminis unda tenebat.
Ille suos liquidos latices non miscuit vndis
Aequoreis: mare nec nouit subter vada salsa
Alpheum tenuisse vias. Amor improbus, audax,
Et scelerum inuentor, suadens mortalibus agri
20 Omne nefas, docuit fluuium non nota secare
Aequora, non vndis se immiscere marinis.

E I V S D E M .

Senus Amor habitum sumpsit formamq; bubulci:
Et sua depositus tela, faciesq; suas,
25 Et manibus ferrum arripuit, sociosq; laborum
Adiunxit properans ad iuga panda boves:
Tellurem at postquam procuruo inuertit aratro,
Commisit verso grandia farra solo,
Et geminas acies conuersus ad altheris oras,
30 Spectantem celi vidit ab arce Iouem.
Inquit &, ô genitor, hos imple frugibus agros,
Europe ne tu sub iuga taurus eas.

E I V S

VENATV iam lassa domum Teleilla redibat,
 Quà Tyberis celos tumido sécat agmine colles,
 Vorticibusq; terit rapidis, fluvioq; sonantis
 Rupis Aventina loca diruta : solq; cadentes
 Igneus aëris duplicabat montibus umbras,
 Et curru properans nocti cedebat opaca :
 Cùm procul Eurynome lacrymans occurrit ad amnem,
 Nunciat & tristes obitus Stimiconis amati :
 Seq; ait hunc fundentem animam vidisse sub altis
 Ilicibus, cui sauis aper graue vulnus in armo
 Influxit, struitq; solo. Tunc territa casu
 Euolat, & iaculum ripa, pharetramq; relinquit:
 Jamq; locum celerans cursu tenet : atque ubi corpus
 Impositum tumuli viridantis in aggere vidit,
 Et circum flentes crudelia finera Nymphas,
 Extinctumq; decus forma, crinesq; cruore
 Concretos, atque arma procul rorantia tabo,
 Sic ait : Hanc Stimicon primis tibi sepe sub annis
 Prædicti miscrande necem : nam parvus amabas
 Siluestres nemorum saltus, nec te grauis astus,
 Brumáve per iuga longa feras agitare vetabat.
 Qua mibi te fortuna ferox inuidit amanti,
 Ne coniux meus ipse fôres? non hunc ego te nunc
 Aspicerem, tibi si thalamo sociata fuisse.
 At tanti tu causa mali pater impie, tuq;
 Mater acerba, leues causas dum nebis. at ipsa
 Seua magis : nemorum potui nam sepe sub umbris
 Jungere te furtim mibi perpetuo Hymenao.

Quam

5

10

15

20

25

30

Quam felix, quem nullus amor tenet : at miser ille
 Colla ingo qui sponte dedit; namq; hunc timor ingens
 Urget, ubi procul esse oculis se cernit amatis.
 Vos mecum lugete necem Stimiconis acerbam,
 5 Que colitis virides silvas, vicinaq; filius
 Flumina : nam vobis geminas in vallis aras
 Struxerat, & merito præde cumularat honore,
 Parvus adhuc : cùm vix intendere retia ceruis
 Cœpisset, parvumq; humeris suspicere cornu.
 10 Sepe diem vario vicina ad flumina ludo
 Ducebat, cursuq; pedum certamen inibat :
 Aut exercebat genitoris ad alta palestræ
 Tecta Lyci, aut iaculum veteres vibrabat ad ulmos.
 Heu quid agam misera ante alias Stimicone perempto?
 15 An viuam sine te? non certè : nec mea saxum
 Offa teget, sed præda feris inhumata iacebo
 Has gelidas iuxta rupes : qualisq; profunda
 Valle solet glacies liquefcere, cùm rutilum Ver
 Cornibus elatis Tauro exidente tepescit :
 20 Sic lacrymis gemituq; graui deuicta liquecam,
 Et vita in ventos paulatim absumpta recedet :
 Quam moror invisum sine te. nec soluit amaro
 Me gemitu ventura dies, miserosq; parentes
 Morte mea eterno in gemitu lacrymisq; relinquam.
 25 His dictis, Stimicon lacrymis, tellusq; vicissim
 Sparguntur : veluti astina cùm nocte cadit ros,
 Quo flores, herbaq; madent : sic alma gementum
 Humebat tellus lacrymis manantibus vltro.
 Dumq; super iuuenem exanimum mœstissima virgo
 30 Attollit gemitum, & lacrymosis abluit vndis
 Vulnera, fædatosq; artus velamine tergit.
 Caruleo, quo Nympha comas, & eburna tegebat

Pectora,

Pectora, & intactis magè candida colla ligustris:
 Venatum quoties ibat, quotiesq; choreas.
 Luce sacra ducebatur ouans Amenis ad amnum:
 (Quia Siculi nemora alta tegunt magalia Mopsi,)
 Quod Stimicō Nymphe dederat promunere quondam:
 Sed virgo non hos donum seruabat in usus:
 Hic strepitum ingentem comites hauferè sub altis
 Vallibus, & silua alta novo fulgere resulxit:
 Tunc trepidæ causa lustra petunt, & fornice condunt
 Se solito, nemorum qui plio imus imminet umbris:
 At Nymphe circum assidunt, distisq; dolentem
 Solantur Telefillam omnes, viridiq; reponunt
 Stramine pallentem facie, & fira sua gementem.
 Nec mora, conspicunt famulos Stimicoris ad amnum,
 Tendentes, qua corpus humo viridante iacebat.
 Et quamquam obscuro in nimbo tenebrosa teneret
 Nox rutilis claram radijs, & lampade Phœben:
 Ipsa tamen noctis finalia densa tenebras
 Vincibant, piceumq; nemus, cauacq; antra ferarum.
 Ut verò iuuenem extinctum videre sub alia
 Illice, tunc taciti salicum de vimine texunt
 Funeras crates, sūtisq; ex subere duro
 Corticibus iuuenem vacuo imposuere pherret:
 Sublimemq; torum strauerunt fronde saligna,
 Et super imposuere leues, nota arma, sagittas,
 Arcumq; pharetramq; madentem sanguine multo:
 Mox iter arripiunt perplexum tramite noto,
 Et patrio exanimum flentes posuere sepulcro.

IN OBITVM RANVTII
 FARNESII CARDINALIS, AD IOAN.
 FRANCISCVM GAMBARAM CARDI-
 NALEM, LAURENTII GAMBARAE
 CARMEN.

I AM medium celi superauerat aurea Phœbe,
 Nec solito terras lustrabat lumine, sed se
 10 Atro innoeluebat nimbo, ne funera magni
 RANVTII, & maestos lacrymantū cernere vultus
 Posset arenosa procurua ad flumina P arma.
 Et mortale genus membris infusa tenebat
 Grata quies, & nobis erant iam cuncta silentis:
 15 Quum molli haud somno Clymene sōpita iacebat,
 RANVTII nam cura sui, non parua, vetabat
 Carpere consuetos somnos, qui tibi latenti
 Languebat dudum stratis, noctesq; trahebat
 Insomnes, totosq; dies, nec febris anhela
 20 Inscia mater erat, qua morbo oppresserat artus:
 At postquam turbata timor insomnia rupit,
 Dicissim trepidam mentem tetrore receptit,
 Et se se erexit, cubitoq; innixa, suosq;
 Evolucens animo casus, hec pectore fudit.
 25 Non sat erat miseræ tot dira insomnia matris,
 Atq; umbram vidisse mei pallentis Horati,
 Et lacerian membra, & fractum thoraca gerentem
 Telaq; faedatosq; artus, ocreasq; cruento,
 Et me non dubia nati de morte monentem:
 30 Hac eadem nisi nocte, leuis dum serperet intra
 Membra sōpor, vidissim etiam viaga sidera versus
 RANVTIVM geminas acies, vultumq; manusq;
 Tendentem

Tendentem, & fundentem animam, sensuq; carentes
Corporeos actus, postquam merentis Horati
Umbra loco densis abiit permixta tenebris.

Quo fugis als cara umbra, ferens crudelia matri
Numia, tu me vera mones, certamq; parentem
Ranutij de morte facis, renouasq; dolorem.
Hanc animam, pietate tua, sator optime rerum
Siderea supra sedes, qua fulget Olympi
Regia, duc tecum, & tuta statione repone,
Morte tua Paule ô felix, tuq; inclite coniux
Qui non vidistis duo maxima lumina magna
Hesperie afflato ventorum extincta furenti
Ante diem. Tu iam clarus Mauortis alumnus,
Henriciq; gener regis; qui sceptra tenebat
Gallica, tormento occubis, dum pectora ferro
Includis, peditesq; paras depellere, qui iam
Ariete pulabant muros, fossasq; tenebant,
Sub Phœbi radios Hedini ad mœnia parui.
Heu quantum se iactabat Romula tellus
Sospite te, quantumq; sacer tuus inclitus armis
Gaudebat tali genero, tantisq; hymenais!
Bellantem quoties te Martia Gallia vidit:
Viderunt Itala gentes te in saeva ruentem
Prælia: terror eras Germani nominis, & te
Horrebat miles; quem fortis Iberia misit,
Et nunc es nulli metuendus; sed breuis irna
Te regit, & paruo posita est spes tanta sepulchro.
Et me deiectam tanto videre marito
Romulida, mecumq; grani doluere dolore
Coniugis infandos casus, miserandaq; fata.
Quin etiam his oculis Carolum miseranda nepotem
Amplexus inter vidi matrisq;, mei q;

Exhal-

Exhalantem animam; quo non formosior alter;
Nec mage fortis erat Romanos inter & omnem
Ausoniā: nam parvus equum per prata fugacem
Exceptus dorso, frenis parere iubebat
5 Et litui sonitu, & grato gaudebat equorum
Hinnitu, Martisq; feri simulacra referre.
Tu tantum dederas specimen virtutis in ipso
Aetatis tenera spatio; quod clavis erat iam
Indicium, & fati properantis signa futuri.
10 Tu colis aethereas sedes, & candidus inter
Felices animas resudes, frucriq; nitenti
Aspectu Patrii aeterni, & nos cernis ab alto
Aethere te possum flentes ad Thybridis amnem.
Tuq; etiam Hostili vix natus quattuor annos
15 Laberis, hanc aliter, quam flos quem frigida lympha
Deseruit, calor astius quum gramina torret.
Et tu Ranuti dum Parmam inuisis; ut urbes
Egregias regeres, & rerum fratris habenas;
Quem Margarite Carolo sata Cesare coniunx.
20 In Belgas natale solum, patriamq; vocarat
Ad dulces nati tēdas, te tabida febris,
Lentag; corripuit: que sic accensā remisit
Se nunquam, donec paulatim euafit ab ipso
Corpore vitalis calor, & frigentia liquit
25 Membra thoro, & petiit cali vigor igneus arces.
Agnoui tristeis vultus, pariterq; rubore
Sidonio chlamydem incoctam, vocemq; loquentis.
Te rebar fortunatum veniente senecta:
Ut tota unanimis tibi Roma assureret vni
30 Regia dona ferens reduci, faciesq; senatus
Purpurei, & sellam regni; qua latius austra
Sede sedens, ferres populo sacra iuria Qinirini.

F

Vig.

Vtque tuis tua cara parens daret oscula supplex
 Ante alias sacris pedibus, comitante Quiritum
 Concursu, ingenii matronarumq; caterua:
 At tibi nunc vitam, è membris violentia morbi
 Extorsit, miseramq; tua me morte reliquis,
 Et Zephyri in rapidos tulerunt mea gaudia fluctus;
 Pro populi plausu, pro spē subit ager amaror,
 Et pro letitia gemitus renouantur acerbis:
 Natorum & quamvis nati, fratresq; supersint
 Nata tui, tamen ipsa dolens tua funera flebo
 Ad tumulum, & gemitum longis singultibus addam.
 Nox erit hac funesta mihi, lucrymosaq; semper:
 Nam tu sape tuo dulcis sermone solebas
 Immissas animo morte infelicis Horati
 Solari curas, & nunc misera mibi luctum
 Antiquum ingeminas matri, duplicasq; dolorem:
 Et nec adhuc animo vetus est deleta cicatrix
 Coniugis & nati, quum iam plaga altera fixa est,
 Et late toto crudescit pectora surgens.

Tu verò pater omnipotens, qui corda precantum
 Aspicis, & suis precibus mansuecisti, & omnis
 Turbine deprensos Libycis in syrtibus audis,
 Tu geminos serua natos, pariterque nepotes:
 Qui matri intersint moriturae, & nostrare resignent
 Lumina, meq; patrum condant de more sepulcro.
 Dixit; & exiluit stratis, animamq; beatam
 RANVTI I famulus inter collapsa, ciebat.
 Hac Clymene turbata animum Francisce recenti
 Vulnere, sic questa est dilecta in funere nati.
 Quid dicam? tremor insolitus per membra querentis 30
 Infusus Clymene, qui iam concusserat artus,
 Offsaq; signa dedist matri, non vana futuri

Excidi;

Excidij; nam RANVTI V sub luce sequenti,
 Ante iubar Phabi quām se ferret ab undis
 Oceani, vastoq; diem de gurgite secum
 Duceret, immitti iam candida lumina morte
 5 Soluerat, inq; grauem luctum iam liquerat urbis
 Primores, totamq; domum, quos ille prius quām
 Desereret lucem hanc, nostrisq; recederet oris,
 Colloquio affatus solito est, quo credere cogor
 Illius, sine labore, animam super ardua vextam
 10 Sidera, & excelsa cali in regione locatam.
 Cenomanum Francisce decus, tu testis es ipse,
 Postquam haesit lucem hanc, & tristia limina postquā
 Instantis lethi, iam letho addictus, iniuit:
 Quo candore animi labentes egerit annos,
 15 Qua coleret pietate Deum, qua mente parentes,
 Aequata regeret populos qua lance volentes:
 Quo uoce animi patres orando ardore moueret
 Purpureos, Tyrio ipse etiam dignatus amictu:
 Aut rerum cacas quo panderet ordine causas.
 20 Quum verò natum Clymene Farnesia flebit,
 Me quoque (grata mihi cùm sint tua iussa) videbis
 Francisce ad tumulum, postquam pia sacra sacerdos
 Fecerit, & mæsto dicentem carmine magnum.
 RANVTI V, quē Roma parens, gensq; Itala deflet,
 25 Et quicunque animum studijs exercet honestis.
 Nec quisquam tamen est, te excepto, qui mage acerbā.
 RANVTI I mortem doleat, gemitūmque parentis.
 Heu postquā haec clades venit Stymiconis ad aures,
 Exanimis per humum iacuit, veluti iacet alnus
 30 Strata solo, tumidi torrentis ab agmine, & Austro,
 Et multum illacrymans opera interrupta reliquit.
 Quem propter mæsti ciues, populūsque sepulcrum

Egregium parui flauere Almonis ad amnem,
Non longe qua se Thyberina inuoluit in vnda.

Vos, ô, pastores lachrymis decorate profusis
Ranutium, sylvasq; colens Serrane virentes
Da lacrymas, mouat pietas vos cetera pubes
Ruris, & undanteis lacrymarum effundite riuos.

Tu quoque, qua nostris respondes vocibus Echo,
Hec infusa refri tristi mea carmina voce,
Et reddet has nostras verborum ex ordine formas:
Ut resonent patrio positum caua saxa sepulcro
Ranutium, vocesq; meas tecta alta remittant,
Tostenturq; meos Ranuti ob funera luctus.

AD PROSPERVM SANCTA CRVCIUM R O M . E X GALLIIS R E - 15 deuntem: qui postea fuit à Pio Quarto Pont. Max. in numerum Cardinalium cooptatus.

Q V V M Titan pronos iam fessus flecteret axes
Littus ad Hesperium; nec adhuc iuga panda moneret
Iam messas fruges campis, lectumq; legumen
Hesperus agricolas in tecta reducere, & agros
Linquere; pastor Acon ripa sic caput ob alta,
(Aduentu letus domini) quam vortice torto
Hinc, atque hinc medius labens terit Albula, & urbē
Diuidit Aeneadum cursu, & flauentibus vndis.

Qualis ubi immensas messor collegit aristas,
Post ortum canis astiferi latatur, & altos
Prospectat cumulos frugum: vel qualis in umbra
Fronde comas salicium pastor redimitus ad aras
Thuricreas vitula facit: & Baccheia dona
Effundit calathis, liquido vel cymbia melle

Libat:

POEMATA.

Libat; & accensos libamina fundit in ignes:

Suppleuit quum cara greges factura recentes:
Hand secus, incolumem, quum te prope flumina Tuscī
Thyberialis, & patrias sero sub vespere sedes
Intran tem vidi: dum pascua leta sonarent

Aduentu letat at tuo, tua nomina circum:
Plauderet & reduci assurgens Thyberinus alumnus
Romulidum venerande decus noua gaudia sensi.
Mirabar resonare leues felicibus aras

10 Auspiciis: offensa procul, quas vocis imago
Septenos inter colles referebat; & altis
Condebat se leni cum murmure filuis;
Ipse ego solennes pro te calestibus aras,

Iam victor media templi testudine ponam:
Accendamq; focos myrto, lauroq; virenti,

Et fundam de more preces, & debita reddam
Vota Deūm. iuuat ingentes per compita pompas
Ducere; & auratis delubra intendere fertis.

Te iuga Auentini montis, & auita vocabant
Culmina, florentesq; tuis in collibus horti:

Te veniente chori Dryadum, mistiq; colonis
Pastores passim exultant, stipulaq; vicissim
Sub platano viridante canunt, nec vomere quisquam
Versat humum, aut vicina greges ad pascua ducit.

25 Te veniente simul verno rubuere colore
Pascua; & agrestes Latys in saltibus herba
Fuderunt blandos flores, & odore recenti

Spiraueru leues aure; quem caltha, roseq;,
Liliaq; intertexta croco misere rubenti.

30 Quām lator dum te aspicio sub rupe sedentem
Collis Auentini, & referentem regna potentis
HENRICI, & larga secundos ubere colles.

Et magnus fruguris messes, & mollia Bacchi
Munera, & arboreos fructus, opulentaque regna
Gallorum, passimq; cauis cum litoribus amnis.
His tutum superasset iter Rhodopeis a ripis
Eurydice; celerique fuga lussisset amantem.
Flumina non spumant ripis; nec turbidae eruptis
Aggeribus sata leta trahunt, nec tecta recludunt
Rufica; nec dulces natos cum coniuge deflet
Agricola; intorto quos secum detulit amnis
Gurgite, & undanti per prata natantia cursu;
Et quoties claram inuolunt vaga nubila lucem;
Non austri ingeminant calo, nec in athere miscent
Pralia; sed tenues Austri sine flatibus imberes
Paulatim super arua cadunt; pluviisque recenti
Prata rigant, ceu rixus aquae delapsus ab altis
Montibus, arentes vdo pede temperat agros.
Non desit genus alituum per stagna natantum;
Et mille aucupij species; passimq; per undas
Inter se Cyeni ludunt; tutiq; vagantur;
Infunduntque humeris per stagna loquacia rores.
Quid dicam placidos colles, & plena frarum
Tot nemora, & saltus latis venantibus aptos,
Aureaque in medijs constructa palatia siluis?
Quid dicam latis armenta errantia campis,
Non sine lanigeris gregibus; quos mulcet ad amnem
Agricisti recubans pastor Melibaeus auena;
Infunditque leues cantu per pinguisa somnos
Corpora; dum rutilis Phœbi caler ignibus aether?
Ipsa etiam cali facies liquidissima passim
Effulget, non assiduis adoperta pruinis.
Terra iacet: non illa Noto pulsata furenti
Fert morbos, lethumque gregi, & pastoribus agris.

5

10

15

20

25

30

Ra

Illa etiam frugum externas alit ubere gentes;
Non aliter, quam quum vitreus fons spirat ab antro
In domini virides hortos; quos leniter undis
Irrigat; atq; exusta sita culta reuicit;
5 Proxima paulatim mox se diffundit in arua,
Et reficit gelidis pallentia grama lymphis:
Quid referam egregias urbes? claramq; potentum
Progeniem, celebresq; viros; quibus aurea celi
Sidera nosse datum est, doctas & Apollinis artes,
10 Irraq; & abstrusas rerum cognoscere causas.
Armipotens audius pugna fert Gallia gentes:
Fert & equos bello egregios. pia testis Idume,
Testis & Europa tellus, & Punica regna.
Venatu inuigilant Galli; nec gens magis villa est
15 Aptior; aut positis inuoluere retibus urfos,
Aut acres agitare feras, & sternere telo.
Non haec Hyrcanis canibus, fortive Sicambro
Inuidet, Arcadicisve: feras seu sistere morfu,
Aequora seu per aperta velint contendere cursu.
20 Quam lator dum magnanimi facta inculta Regis,
Et graue Martis opus memor as ab origine prima:
Quo non est magis pacis amans, nec fortibus armis
Maior, in hostiles quoties pax at ire phalanges,
Aut pedes, aut subiectus equo; seu ducere turmas,
25 Aut quatere oppositas crebro velit ariete moles:
Interea vates alius dum condere magni
HENRICI noua bella parat, partosq; triumphos,
Adsis, ò, praesensq; mibi clarissime Prosper,
Iustitia columen Prosper, lumenq; tuorum.
30 Ipse ego si quicquam stipula modulabor agresti
Thybridis ad ripas, patrie ve ad flumina Mellæ,
Te prium canere est animus, nostrisq; referre

F 4

Carmini-

88 L A V R E N T I I G A M B A R A E
Carminibus prisco deductam sanguine gentem;
Illustrisq; viros, atq; alta decora parentum.
Et quamvis te clara tuo sub principe facta
Detineant; tibi nec solita Permesside ripa
Proculnusse viacet; amen hos ne despice foetus
Musarum, quaq; ipse tuus tibi munera mittit
Lanigeri pecoris Thyberina ad flumina pastor,
Pastor Acon: dum populea meditatur in umbra
Et roseo tibi dona parat detexta colore.

A D C A E S A R E M G A M B A R A M ¹⁰
I O . F R A N C I S C I F.

Diplas.

F L E V I S S E M patris ipse tui morte inclite Cæsar,
Nec non ante diem fratris properata Mafat ¹⁵
Funera: & illorum cecinissim carmine laudes;
Mellaq; Sebinusq; cauo sub fornicis antro
Fluuiorum mæstæ septi, Dryadumq; corona,
Amborum pariter doluisse finera mecum:
Et concussa nouo siluis armenta tumultu ²⁰
Libarent non sonis aquam, non gramina morsu
Tonderent, pastorq; leues inflare cicutas
Oblitus gelida trifis sub rupi lateret:
Atq; resulfarent longis pulsata querelis,
Et gemitu causa saxa graui, vicinaj; circum ²⁵
Tot nemora, & posita Benaci ad littora sedes,
Nec clarum scabra rubigine tangeret atas
Ventura illorum nomen, si quid mea Musa
Arte valet: sed dum monumenta antiqua poëta
Nicandri euolu, breuiter quibus ille recenset ³⁰
Concessisse Iouem miseris mortalibus euum
Aeternum, viridesq; annos, letamq; iuuentans,

Atq;

P O E M A T A . 89
Atq; illos per iter donum immortale repente
Segnitie amisisse sua: dolor excidit omnis
Ex animo, qui me iam dudum ceperat, & me
Oppressum subito casu, curaq; recenti,
§ Et simul Aonidum immemorem, Phœbiq; tenebat:
Quem tibi nunc etiam his dictis, & carmine nostro
O vitam eripere eualeam, prolemq; relictam
Solaris, & tristes oculis auertere luctus.
Sed quæ commemorat vates Colophonius audi.
10 Postquam Saturnum summo detrusit Olympo
Juppiter, & tota est cæli regione potitus;
Fertilibus sece mares pater ab didit oris
Ausonia, ripas inter Anienis, & undam
Thyridis, & pelagi resonantia littora Tusci.
15 Sed quum iam Titan cæli statua alta teneret:
Mortales una tollentes lumina ad ipsum
Aethera, præstantem ingenio, & mira arte Promethei
Detulerunt Diuum ad regem, rerumq; parentem;
Indomititas quibus ipse dolor commouerat iras:
20 Quod tunc quum terra, & lymphis fluminalibus illos
Admisi olim formasset: quum satà surgunt
Ordea, & effulget cæli per inania Phœbus
Purior, & stabulis pastorem educere tauros
Admonet, in virides saltus, umbrasq; Lycae:
25 Non immortales etiam fecisset: at ipsa
Aequales in morte feris, quum vita relinquit
Nos miseros, tenditq; situ loca sentia silentium:
Tunc princeps horum senior, cui plurima fandi
Copia, sic inquit; Diuorum maxime rector,
30 E Phœbi curru, Phœbo ex oriente Prometheus
Aethereum, auxilio Tritoniidis, abstulit ignem:
Qui multis fuit exitio; graditurq; per orbem

F 5 Terrarum

Terrarum tali tumidus præcordia furto.
 Seq; tibi æqualem iactat; postquam ille supernum
 Vulgauit demens cunctis mortalibus ignem:
 Et non exerces pœnas ob crinæ acerbas?
 Audijt hec pater, atq; aliquem indignatus ab altis
 Eripuisse rotis Phœbi flammantibus ignem,
 Aethere ab excelsō misasset fulmen in ipsum
 Eurymedontiadē: n̄isi mater territa Iuno
 Turbati subito pacem Iouis exorasset:
 Et quamuis lacrymas fidisset, non tamen iras
 Termulcere graues potuit: nam Juppiter ipsum
 Mercurium subito alloquitur, mandatq; nato
 Dat pater, ut Scythiae properans perducat ad oras
 Heroa, atq; illum in montes, & saxa relegate:
 Utque ferox aquila illius iecur immortale
 Tundat, & à Phœbi radīs, brumaq; praestus,
 Et lacrymans, atq; insomnis, nocte mque diēmque
 Discat amare Iouem magis, & cunctos superos;
 quam
 Mortales, cum sit Deus ipse, atque hæc ubi dixit
 Iuppiter, ad pronas veritatis sua lumina gentes:
 Quas placido aspergit vultu, donoque iuuentam
 Concessit, dulcisque suis cum viribus annos,
 Atque graues animi curas, morbosque remouit.
 Sed miseria nihil ista tamen rarissima magni
 Profuerunt data dona Iouis: nam quum canis agros
 Ureret Erigones, astio sideris ortu;
 Atque effigiæ via, multoque labore
 Mortales, tantis onerarunt tergora aselli,
 (Quum proprijs possent humeris deferre iuuentam)
 Muncibus; que cum dorso portaret, & aether

Ferueret,

5

10

15

20

25

30

Ferueret, atque suis miserum torreret anhela,
 Defessusq; via longa foret, & piger astu,
 Ad liquidum casu fontem peruenit: ibi q;
 Mergere tentat et quum labra recentibus undis,
 5 Atque haustu sedare sitim; subito aspicit anguem,
 Seruantem liquidos sub opaca rupe liquores
 Dulcis aqua: qui quum non esset corpore maior
 Quam sit viperet generis sauvissima proles;
 Tollebat tamen ille minas fontemq; scabat
 10 Arduus, & patrio grauiter spirabat ab antro:
 Asperitu primo obstupeuit, supplexque rogabat
 Vi sibi in hunc fontem demergere labra liceret,
 Accensamque sitim vitrea depellere lympha.
 Annuere at votis coluber promisit aselli;
 15 Si ergo quod habebat onus concedere vellet.
 Tunc onere, insolitaque siti deuictus, & astu,
 Impositum costis pondus dono dedit angui;
 Atque homines leto spoliauit honore iuente.
 Permisit serpens accepto munere, ut ille
 20 Innocuus potaret aquas: tunc aridus ora,
 Gutturaque undanti totum se proluit haustu,
 Atque veterum largo distentus fonte recessit.
 Hinc Hydrus, serpensque omnis quum terra sub
 ortu
 25 Stellantis tauri florens viret, exiit annos,
 Et vestem in silvis, dumisque, nouisque iuuent
 Eluet, renouatque simul vetus sicut enim,
 Et per humum letus contortos explicat orbes,
 Et capite, & collo virides supereminet herbas
 30 Asper, & effundens virus cauasibila pandit
 Guttura, nec parcit pecori, pecorisque magistro;

Atq;

92 . L A V R E N T I I . G A M B A R A E
 Atq; alacris nitidam squamis inuisit amantem:
 Exuuis que iam positis nemora alta peragrat,
 Et nec obire timet cara pro coniuge pugnas.
 Confusus s' polijsq; nouis, primaq; iuuenta.
 Virginis at referam speciem, formamq; iuuenta.
 Illa erat insignis facie, & florentibus annis,
 Egregio nec dissimilis calestibus ore,
 Curarumq; expers morbiq; , atq; infacia lethi:
 Quumq; foret virgo coram mortalibus, illos
 Aspectu grato, & suavi sermone tenebat,
 Florumq; animis dulcem inspirabat amorem.
 Vestis erat varijs distincta coloribus, aurumq;
 Et varia ornabant iuuenilia tempora gemma,
 Et fertis mille intexti nullo ordine flores:
 Tale fuit patris etherei mirabile donum.
 Tunc pater omnipotens homines ut vidit ab angue
 Deceptos, illum tali pro fraude tumentem
 Perpetuo affecit pretio; nam protinus ira
 Accensus, frendensq; situm quam segnis asellus
 Passus erat, subito fallacem immisi in Hydram:
 A qua nomen habet serpens; qui nomine Dipsas
 Dicitur, hic si quem per siluam dente momordit,
 Illi vim rabidam sitis, infuetumq; bibendi
 Ardorem inspirat, nobis & quam dedit ipse
 Omnipotens vitam eternam, ferus abstulit anguis,
 Curasq; morbosq; graues, lethumq; reliquit:
 Nostrorum & nouit maiorum ignavia; nosq;
 Illorum ferimus, non nostra ob criminis penas.
 Hec igitur priſco que singunt carmine Gray,
 Cesar habes, quae iacturam lenire parentis
 Amisis, fratrisq; valent: nam mors fera nulli
 Parcit, & equali metitur forte colonos,

Et

POEMATA.
 Et reges: licet hi populis dominentur, & illi
 Sint certa sine sede, manuq; granique labore
 Vix possint explere famem: fruſtraque dolemus
 Nos mortem oppetere, & vitales luminiſ auras
 Linquere, tellurisque subire nigrantia regna.
 Et pater ipſe tuus magno ſub Cefare quondam
 Floruit, atq; habitus bello eft insignis, & inter
 Ausonios proceres ſumptu clarissimus armis:
 Qui, poſtquam Latias urbes pax almare uifit,
 10 Ad dulcis redit celeberrima tecta Lycae
 Scropij, ut rerum causas cognoscere posset:
 Inq; sacris studijs versari, & temnere honores,
 Atque humiles hominum curas, & Cefaris aulam.
 Ille ſenex inter natos, & amata nepotum
 15 Pignora mortem obiit, preſeffis lumina nati,
 Vos nati tanto digni patre: funera vosq;
 Duxiſtis, licuit vobis dehinc dicere ſalve,
 Aeternumque vale genitor carissime: quaeſint
 Parua licet, tamen eſſe ſolent ſolertia natis,
 20 Et generi ſimul humano stirpique futura.
 Tu vero fatum patris obliuſcere Cefar;
 Me tibi deuinclumque tuo ſub numine ſerua.

A D R A N V T I V M G A M -
 25 B A R A M B R V N O R I F.
 Daphne.

PERPETVIS qua Mella rigat tua cursibus arua
 RANVTI, & poſtas ad ripam prenatat edes,
 30 Conſtiteram ſubter lauros, pinuſque comantes.
 Dumq; virum canerem, primus qui littora Cuba
 Attigit, & primus noſtris incognita nautis
 Aequorāque

Aequorāque, oppositūmque polū, & noua fidera vidit,
Et fortunatas cancri sub fidere terras:
Pulcher adesse mibi subiō quum viſus Apollo eſt.
Hęc dicens, versam in laurum dic carnīe Daphnen:
Quae quanquam ripis fugiens me ſpreuerit olim;
Quae vitreus placido decurrat flumine Ladon:
Ipſe tamen nunquam veteres oblitus amores,
Eſt laurus mihi cara, meosque incingit amatis
Frondibus intonſos crines, & tempora velat.
Et vates erit ante alios mihi gratior omnes,
Qui noſtrum nomen Nymphę cum nomine iunget,
Antiquāmque fidem facti, famāmque perennem
Carmine vulgabit, Leucippi, & farta, dolosque,
Et quas depreſſus maniſteo in crimine penas
Effugere haud culpa valuit, iuſtūmque dolorem.
Ad quem ſubijcio ſupplex hec paucia peterit.
Tu canere ad virides umbras ea Phœbe iubes me:
Quae niſi te duce non potero, tūque ipſe canenti
Da Dryadum placidas aures me poſſe iuuare
Carminibus, ſeriēmque hanc priſci euoluere facti.

Vt vidiſ fratrem Daphne pulcherrima diſco
(Quem Deus arcitenens tenues iactarat in auras)
Extinctum, ſubito patrias decrevit Amyclis
Linquere, poſthabitāque domo, ſceptrisque paternis
Perpetuam densis vitam traducere filius.
Illa igitur thalamos iuuenum affernata iugales,
Septāque virginibus centum, quas non amor ullus
Ureret, aut effent cordi connubia leta,
Partheniſ ſaltus petit, & loca plena ferarum,
Et nodo collecta comas, ſuccinētāque uestem
Carbaseam, veluti Latona filia, quum per
Taygeti nemora alta leues ferit ignea ceruos:

In

In quibus unanimi fratres, & ueterque Tonantis
Clara ſouis ſoboles Caſtor, Polluxque ſolebant
Inſidijs captare febas: quorum alter equeſtre
Venandi ignaros curſu formauit, & idem
5 Edocuit venantum artes, primū que ſagittis
Confecit timidos damas: aſt alter agrestes
Primus apros egit canibus, victorque ſuperbis
Poſtibus affixit capita, & ſpolia hirta ferarum.
Claudebat Daphne patrias in dagine valles,

10 Et modo Tanarios ſaltus, modo denſa Erymanthi
Luſtrabat iuga, vel gelidi ſpelæa Lycae,
Latāque Amyclæ canibus, pariterque Lacensis
Virginibus comitata, ſues Spartana per arua
Sepe ſequebatur: nec erat venator in oris

15 Argolicis, aut Arcadię præfantior illus
Vestigare feras non nota in valle latentes:
Uel premere in caſſes ceruos mira arte, fugaces.
Hac succincta ſinus chlamydis transmitteret agros,
Preſiſſet leuibus nec culta noualia plantis,

20 Non erat inſigni forma, ſumptiſve ſagittis,
Aut iaculis Daphne inferior magna Atalanta,
Sit licet illa dolos noctis meditata, latentesque
Inſidiias, quibus occulta proſternere poſſet
Fraude feras; & apros laqueis innuere, & uirſos.

25 Eliidis at virgo quum perueniſſet ad oras,
Et iuxta Alphei vagis flumina venaretur
Deuinctus magno Daphne Leucippus amore eſt,
Venomai Pife regis pulcherrima proles:
Quum ſemel Alpheas ipsam vidiffet ad undas.

30 Sed quum per patrias fama increbreſceret oras,
Huic cœtus iuuenum deſpectos eſſe, nec unquam,
Tentatam crebro licet, accepiffe medullis
Occulitos

Occulto: ignes(num semper tela Cupido
 Virginis in gelidum contorserat irrita peltus)
 Non tentare animum donis audebat, & illam
 Flectere, nec poterat tedaſ ſperare ingales.
 In mentem actutum venit ſe hanc ludere tantum
 Posſe dolo, & flammis incantam cingere Daphnen.
 Quid dicam? mora nulla, colit ceu fœmina crines,
 Alphæi vitreis quoſ ſepe lauabat in vndis,
 Et ſibi caſariem venturi ignarus alebat:
 Quam poſtquam vidit per colla, humeroſq; fluentem 10
 Et ſimilem radijs Phœbi, tunc ille coruſco
 Intertextam auro lanam, & leuia arma reponit,
 Nec ſentit quoſ in laqueos ſeſe induat amens,
 Vnde prius non ſe expediet: niſi quum ferat fatalis
 Aduenient, & ſumma dies. atq; hic quoque neſcit 15
 Quid ferat hora ſequens homini, qui faſque piumque
 Abrumpit: queritq; dolis quem fallat in horas.
 Mox tenerum viridi velauit corpus amictu,
 Et vinxit ſuras(venantium more) cothurno,
 In nodum & longos crines collegit, & armo- 20
 Imposuit leuo pharetram, cultaque nitenti
 Ibat per ſiluas habitum mentitus, & ora:
 Namq; et as illi nondum lanugine malas
 Vestibat, ſed erat roſeo perfusa rubore
 Inſignis facies pueri. mox latet ad altos 25
 Se conſert ſolus ſero ſub vefpere colles;
 Qua per Manalios tendebat retia ſaltus
 Filia Amyclai regis, pennaque rubenti
 Incantas terrore feras terrebat inani.
 Et natam Oenomao ſimulans ſe iungit amatis 30
 Cætibus, & Daphnem accedit; ſe q; eſſe Lacanis
 Virginibus ſociam cupere, & ſe iactat in arte

Venandi

5

20

25

30

Venandi non ignaram: tunc credita res eſt
 Virgineo facile ex habitu, facieq; decora:
 Et quanquam Leucippus adhuc adolesceret annis,
 Preualidis tamen & membris, & mole valebat,
 5 Oraq; virginicosq; habitus, pharetramq; gerebat
 Pendente ex humeris, veluti comes una Diana:
 Sed quum stirpe alias, curſuq; anten et, & arte
 Venandi comites, atq; ipsa affabilis eſſet,
 Et paricer viſu facilis, ferretq; ſororum
 10 Seruitium indeſſa, plagaſ, nec Gnoſia tela
 Ferre recuſaret, ſiluasq; interrita adire,
 Et nodosa ſuis venabula condere in armos:
 Illam venantum merito chorus omnis amabat,
 Atq; illam ante alias Daphne formosa colebat,
 15 Que ſue umbrosas valles, ſeu rura ſubiret,
 ſeu canibus premeret vacuis in saltibus aprof;
 Hærebat ſemper lateri Leucippus, & amens
 Pascebat vigiles oculos, animumq; tuendo.
 Et media quum Sol radijs aſtate coquebat
 20 Arentes aſtu campos, herbisq; vacantes,
 (Et iuxta Erota m non tonsa in valle ſorores
 Velaret comites fuſco ſopor altus amictu)
 Lencippi in gremio venatu laſſa recenti
 Sape quiescebat: quotiesque erat illa ſopore
 25 Pressa graui, toties leui centum oſcula fronti
 Libabat roſcisq; genis, latuſque ſuebat
 Membra ſinu, oblitus patriam, & ſibi debita regna.
 Ab demens, nudare ſuos quum poſſet amores
 Mille vijs: nam pulcher erat Leucippus, & alto
 30 Sanguine, & illa patrem Regent, proanoſque ferebat:
 Non ausus tacitos flamati eſt peitoris ignes
 Detegere, & precibus lacrymosas addere voces:

G

Forſitan

Forsitan aspirasset Amor, nec dulcia Regis
 Aspernata foret pueri connubia. Daphne.
 Dism̄ vero felix aleret successus amantem
 Leucippum, & se posse frui speraret amore
 Virginis: illo etiam dudum inflamatus ab igne,
 Ignē arinum ingenti non ultra passus Apollo est
 Pectore surgentes procedere turbidus iras:
 Nam subito amborum turbavit gaudia que iam
 Precipites venti magnum per inane ferebant.
 Sed dum forte chorus liquidas agitaret ad undas
 Ladonis, per lustra feras, lassusq; iaceret
 Herbosas subter valles, umbrasque Lycai:
 Quum furti memor oculi Latous Apollo,
 Montem virginibus misit, Daphneq; moranti,
 Umbrosas subter pinus, ut se choros omnis
 Venantium vitrea Ladonis tingeret unda.
 Nec mora: reiciunt nuncis velamina cuncta
 Ex humeris, & se nudant, surisq; coburnos
 Diripiunt, amnemq; petunt Ladonis amoeni,
 Atq; alacres pariter per frigida flumina ludunt.
 Ipsa etiam exuerat Daphne letissima uestes,
 Et gelidis sese lymphis iam nuda lauabat;
 Leucippus sub populea confederat umbra,
 Que latè placidos latices ripamque tegebatur,
 Solus inops animi: mentem nam terror habebat
 Illius immotusq; metu(ceu saxarupes)
 Stabat, & attonitus facti nonitate latebat.
 Cui iam concreto pallebant sanguine vene.
 Interea comites cunctantem voce vicissim
 Sepe vocant, illamq; rogant saturata recenti
 Murice in herbosa velamina ponere ripa:
 Atq; sumul vitreis immergere corpus in undis.

POEMATA.

Ille silet, nec teripa mouet. Ocyus omnes
 Efluvio tollunt vultus taciteq; loquuntur
 Inter se: quibus interea inspirabat Apollo,
 Esse dolos habitum subiit, mora nulla, relinquent
 5 Intrepide pariter dulces, facto agmine, lymphas;
 Et Phœbi stimulis succensa pellora primum
 Illam adeunt, illamq; rogan deponere uestes:
 Segnitiam & seram mirantur virginis omnes.
 Ille sedet (fraudis detecta handi inficius) ut se
 10 Perspectus versare dolos non posse, recusatq;
 Exuere induitos habitus, tunc illicet illum
 (Multa reluctantem licet, & sua farta tegentem)
 Circundant manibusq; tenent, uestemq; furore
 Accensæ absindunt bumeris, lacerantq; videntq;
 15 Occultas pueri infidias, mentitaq; membra.
 Diriguere metu, veluti si torua Meduse
 Vidissent Hydris incincta nocentibus ora.
 Sed facti ante alias, iubet capere arma sorores
 Protinus, in iuuenemq; Cydonia tendere tela.
 20 Continuo hoc irse faciunt: sed prima volvri
 Ante alias Daphne transfudit arundine costas,
 Vulnere se iactans, venturi heu nescia fati;
 Leucippus salicis truncum quo forte sedebat
 In felix roseo tinxit, ripamq; cruore.
 25 Amenta & comites non intorsere vicissim:
 Sed calamis scindunt, hastisq; ultricibus auræ
 Vnanimis ipsumq; perunt: miser ille sub umbra
 Tercentum iacuit confossus membras sagittis.
 Ille iacebat humili spirans; ceu mollis acanthus
 30 In ripis solet herbosis, quem grandinis imber
 Percussit, stravitq; solo prope flumina Melle.
 Non tot ab aerea ceciderunt fulmina sed
 Ille

Thessalæ quondam in campis: quum Martia bella
 In superos, ipsu[m]q[ue] Iouem gessere Gigantes;
 Quot puer accepit nudatis vulnera membris.
 Dum verò vitam in tenues dispergeret auras,
 Ille oculos tendebat adhuc in lumina Nymphe,
 Atq[ue] videbatur iacta sub virginis hasta
 Velle mori; non Spartanis occumbere telis.
 Dicite vos moniti totes quid possit amantes
 Senus Amor, nec non curis quibus implicet agros
 Mortales: vel que misericet premia tandem
 Militibus puer ille suis: puer improbus, asperq[ue],
 Et generi humano infensus, sitiensq[ue] cruentus.
 Quid referam? non carmen Amor, non gramina curat,
 Sed ridet lacrymas: sed funere gaudent amantum.
 Ille senex malus est; molli lanugine quamvis
 Fulgentes malas non induat: ille nitenti
 Occupat & faciem, præduraq[ue] corpora fuso,
 Et sese puerum fingit, furtimq[ue] medullis
 Hæret, & arridens lethali armata veneno
 Tela iacit, tacitoque petit præcordia ferro,
 Et ludens ignem manibus gerit, ossaq[ue] torret.
 Aemulus at casu pueri latatus Apollo
 Arcadiam petit, & liquidum celer aethera liquit,
 Lademisq[ue] tenet ripas: quibus aurea Daphne,
 Et comitum chorus umbrosa sub valle latebat.
 Tunc Daphne viso surrexit Apolline, & omnes
 Deseruit properans socias: quum mœsta videret
 Sæpe sibi insidias hominum, diu[n]m q[ue] parari.
 Hanc solam insequitur Pæan: fugit illa sequentem:
 Non aliter quam cerua lupis agitata Lyca
 Umbrosas per conualles, vel per iuga longa.
 Tunc illa extincti fratriis memor, aspicit altum

Aethera,

Aethera, & effudit tristes has anxia voces.
 O qui cuncta tuo prospectas lumine, tu me
 Nunc pater humana gentis genitorque Deorum
 Respic: tuq[ue] adsis nemorum Dea, meq[ue] malis tot
 5 Eripe, & exora patrem, ne me sinat ultrâ
 Tot trahere hac inter rerum discrimina vitam,
 Ortygiumq[ue] fuga superem modò femina: quem non
 Astrai superent fratres. sum viribus impar,
 Nec sine te possum ipsa manus euadere Phœbri.
 10 Tunc vota orantis Nymphe non ceca tulerunt.
 Corpora per pelagi tractus, sed ad aetheris oras:
 Nam Saturnius hac placida Deus audit aure
 Ilicet, impulsus nemorum cultricis amore:
 Dumq[ue] per herbosus saltus, perq[ue] auia virgo
 15 Curreret, à tergoq[ue] sequens instaret Apollo,
 Et iam iam crines manibus chlamydemq[ue] teneret
 Virginis, hæserunt viridi vestigia ripa:
 Queq[ue] olim fuerant iam mollia brachia, erant iam
 Fronentes baccis rami, folijsq[ue] decori:
 20 Ipsaq[ue] membra nouus cortex obduxerat, & iam
 Arbor erat; cui notus bonos, nomenq[ue] remansit:
 Nam dicta est arbor Daphne de nomine Laurus.
 Hæc quamvis cadat è cælo nix plurima, & agros
 Squalentes bruma alta tegat: tamen hac quoq[ue] ramis
 25 Seruat odoratas procero e vertice frondes:
 Fulmina nec delapsa poli de sedibus horret,
 Munere magnanimi Iouis, innuptæq[ue] Diana:
 At Deus aspectu primo Latonius ore
 Palluit; amissos & suspirauit amores,
 30 Et mox illacrymans truncum complexus inhalat:
 Cui dedit ut procerum præcingeret utraq[ue] ramis
 Tempora post vietas urbes, fuisq[ue] phalanges,

G 3

Et

Et voluit sacra crines hac fronde poëtas
Nec tere, qui canerent reges, bellisq; ruinas.
Et varios dedit huic rerum praedicere casus:
Cùm coniecta foco folijs crepitantibus ardet.
Igne etenim plena est arbor, & flauus & Apollo
Est idem cum Sole, suis qui decoquit arua,
Aethereaque domos radijs, pelagusq; profundum.
Hac ego dum canerem Ranui ad flumina Melle,
Ingens ter gelidis sonis est auditus ab antris,
Et Dryadum chorus ad virides colludere ripas
Visus, & undarum numen de flumine crines,
Humentes lymphis crines attollere visum est;
Et raucum, lateq; sonans per leuis saxa,
Sistere murmur aquæ, placidoque ita farier ore.
O vates olim nostras iuxta edite ripas;
Qui circum lata arua sole resonnare canendo,
Et Faunos florumq; Deas mulcere, gregiumque
Pastores, & qui nostras ad lucida laudes
Astra iuis fers carminibus, patriamque tuosque,
Atq; urbem Venetam, & primordia prima Senatus:
Quam latore dum Ranuij tua musa Latinis
Versibus intexit nomenque, & facta suorum
Divita; & egregio deductam sanguine gentem!
Et tecum letor nostras quod primus ad undas
Mutatam Latio cecinisti carmine Daphnem
In laurum: qua Ranuij prouosque, patremque
Sepe coronauit folijs; quorum inclita facta,
Et bello, sumptaque toga vagus audiit alto
Oceanus: qua Phœbus equis iam fessus anhelis
Marmore se Hesperio condit, quaque aurea calo
Astra fugans ruila face terras lustrat, & eque
Adueniet tempus quum posteras ecclæ videbunt

Incolumi

Incolumi fama insignes, factisq; secundis
Hac genitos de stirpe viros: quo tempore cernam
Laudibus clatam meritis, & honoribus autam
Hanc summi conuexa domum celi super astra.
5 Brixia tunc fama illustris vaga sidera adabit,
Inter & Ausonias florebit laudibus urbes.
Ipse ego non cedam Eridano, nec cursibus Hermi.
Hic licet emiteat celi radiantis in axe;
Ille auro rutilis tumidus vaga cornua lymphis,
10 Tendat in aquoreos per prata nitentia cursus;
Nec Tusco Thyberi cedam. cui Bagrada, Betisq;
Et Ganges domitis submisit flexib; undas.
Insuet a tunc latitia cumulabor, & inter
Has terras non me decurret letior amnis.
15 O vitiam solitus regeret te spiritus illo
Tempore; & incolumem seruarent te tua fata,
Gambara, Thymbræo vates gratissime Phœbo:
Non te cantando superarent illius cui
Tot meritas laudes, tot & inclita facta tuorum;
20 Digna licet canerent Phœbo, Musisq; poëtae.
Ranutium omnipotens seruet Deus, auræa quem nunc
Romæ tenet: factis referat qui facta parentum
Fortia, præclarumq; genus super inferat astræ.
Dixit, & exultans alto se condidit alveo.
25 Tum circum spirare leues cum dulcibus auræ
Flatibus, & resonare antris mota unda reclusis.
Signa dedere sui discessus per loca Muse,
Vicinum qua Mella nemus placido alluit amnis;
Ornabat quarum laurus Parnassia crines,
30 Atq; intertexta folijs certo ordine penne,
Sirenes quibus hoc olim per mane volabant;
Que victa cantu, spoliata & corpora plumis,

G 4

Cesse-

Cesserunt proprias Musis viētricibus alas.
Has Nymphæ Aonides Lauro intexere sorores,
Terpsicore matre excepta: quæ moſta dolorem,
Natarumq; ignominiam, & mala iurgia ferre
Non potuit; nam abſtinuit contingere cara
Corpora, & auilis incingere tempora pennis.
Agnouit intonſos crines, & Apollinis arcum,
Et varijs pharetram gemmis, aurōque nitentem,
Quæ laeo pendens lateri resonare per auras,
Vifa mihi, & Dryadas vicinis plaudere filius.

A D F R A N C I S C U M L O-
T I N V M V O L A T E R A N V M V I A
L A C T E A , L I L I V M .

Hvnc primum mea Musa tibi Francisci laborem
Herculis (& meritò) memorat. nam tu quoq; multos
Pro patria es passus iuuenili atate labores:
Non calor astius, nec terra adoperta rigenti
Vel nixe, vel concreta gelu, te terruit unquam,
Dum tu mutatis in equis Lotine teneres
Per iuga longa viam præruptis alpibus olim,
Non uno tantum Romano à principe missus:
Vnde apud Europa reges tibi maxima parta est
Gratia, apudq; tuam factis felicibus urbem:
Tu laude oblatos sola contentus honores
Spreuisti toties, & publica munera ſemper:
Et nunc exacti non immemor ipſe laboris
(Quamquā otī ſit amans placidi vicina ſenectus)
Non cefas prodeſſe tamen, ciuilia namque
Componis monimenta tuo, ut ſint nota per orbem
Exemplo, paſſimque tua ut precepta legantur.

Alcides

105
Alcides magno natus ſoue, & Amphytrione
Iphiclus, in lucem quos Argolis edidit uno
Alcmene partu geminis genitoribus olim
Impositi cunis captabant nocte ſoporem;
5 Quum Iuno mentem ſubito commotu a furore,
Connubij toties violata ob fædera furto,
Decreuit tantos crudeli morte dolores
Vlisci, inuifamq; oculis abolere repente
Progeniem mora nulla, poli descendit ab arce,
10 Et Libya deferta petit, geminōsque dracones
Viperea de gente legit: quos ſeuua Megara
Crinibus innixis portat, peſtem ore vomentes,
Præcipue quum colla mouent, ſpirasque refoluunt.
Dehinc Dea tendit iter magnum per inane nitenti
15 Nube ſedens, noctisque ſecat turbata tenebras.
Atq; domos intrat nullo comitante silentes,
Iniicit & geminos Argivæ pellicis angues
In thalamum, ſupra cunabula parua, quibus tunc
Infantes gemini; quum nox tenet athera bigis;
20 Carpebant pieta ſubter teſtudine ſomnos.
Tunc angues ſubito ſpiris ingentibus ipſos
Et cunas ſine more ligant, & ſibila tollunt
Colla ſimul: terrore infans quo lapsus ab aureis
Iphiclus eſt cunis, thalamumque impleuit, & umbras
25 Vagitu, motuque pedum: ſomnōque parentes
Excufi, liquere torum, natūmque dolentem
Inueniunt, ſtratumque ſolo, exanimūmque iacentem.
Alciden verò ſpectant crudeliter ambos
Eliſentem angues manibus: quia viribus ipſos
30 Calicolas, ipſumq; Iouem referebat, & ante
Robur ei non paruum inerat, quum matris ab alio
Exiret; nec enim geniti de stirpe Dcorum,

G 5

Sunt

Sunt similes alijs mortalibus: & pater aure
 Percipiens factum hoc rarum, quarebat ut ille
 Acciperet vitam Diuum, Diuumq[ue] referri
 In numerum quondam posset, calig[is] locari.
 Propterea uberibus natum Iunonis, ab alto
 Pectore proflantis, celi sub vertice, somnos,
 Admonit, tunc lacte satur, tenera ora remouit
 Jufans uberibus, sed non tamen ille remisit
 Se liquor, at gelida, ceu fons, de rupe fluebat,
 Et partem, effusum quam lac perfudit, Olympi
 Candore inficit, de quo via nomen adepta est
 Lactea; qua cali superos conducit ad alta
 Atria, & hos etiam nostras deducit ad oras.
 At lac collipsum cali de sedibus altis
 In terras, terra alma nouo letata liquore,
 Confestim accepit gremio, & benevolentibus hortis
 Mandauit, iussitq[ue], nonos tum crescere thyrsos,
 Qui lactis ferrent imitantia lilia succos:
 Addidit & croceum filia inter candida florem
 Extantem, suaves qui vertice ferret odores.
 Hac herba ante alias Iunoni est grata Pelasgæ:
 Namq[ue] est nata sua niueo de lacte papillæ,
 Et rosa ab indigenis iam tunc Iunonia dicta est,
 Atq[ue] alias superat foliorum ornata decore
 Florentis herbæ, quas circum parturit hortus;
 Nec calix cedit, cultis nec odore rosetis.
 Siluarum hec secum carentia lilia custos
 Siluanus nunquam manibus deferre recusat,
 Sine colat Pholoes montem, vel rura Lycei.

AD

Cvi mage conueniat Romanos inter & omnem.
 § Aufoniam, haud facile inuenio Tiberi optime nostrum
 Hoc carmen, quod Musa mihi prescripsit ad undas
 Thybridis, errantes canerem dum per freta nautas;
 Littora qua pulsant fluctu Tyrrhenæ, sinusq[ue]
 Adria, & innumeras Aegeas per aquora terras;
 10 Quam tibi: namq[ue] rosam referam; que quū prius esset
 Candida, purpureo cur nunc sit tintæ colore.
 Qualis enim rosa, quum Taurus tenet athera, & alto
 Conspicitur calo, nostris effulget in hortis,
 Et decus ostentat folijs, & Veris honorem
 15 Adducit ridens secum: tu talis es inter
 Romulidum primos cines, clarumque tuorum
 Progeniem virtute tua, pietate tuâque
 Non minor es magno Aenea; licet ille parentem
 Portarit, longa consilium etate per ignes
 20 Dardanios, arsit flammis quum Troia Pelasgum;
 Vexerit & secum per tot maria alta Penates.
 Formosam armipotens Venerem Gradiuus amabat;
 Egregium forma Venus alma ardebat Adonin.
 Qui quaruis puer esset adhuc, tamen ille paternis
 25 Ducebat vitam in silvis: nec pulchra Dione
 Longè aberat, calum, & tenui oblitera mariti.
 Ille igitur studio venandi incensus, in oris,
 Qua dites rubri mari alluit unda Sabaeos,
 Aut canibus, iaculisve, feras sternebat in altis
 30 Montibus, aut densa in silua, campisve; nec unquam
 Damarum sine cæde domum, prædave redibat.
 Fortè puer nemoris solita confederat umbra;
 Vitabatq[ue]

Vitabatque graues astus, cui non procul ingens
 Turba canum intonsa capiebat valle soporem.
 Stabant hunc iuxta comites, fidique ministri;
 Parte alia sub rupe caua, venantibus apta
 Arma quiescebant, pharetraque, & cornua, & arcus, 5
 Lineaque arboreis pendebant retia truncis.
Quum Muse Veneri irata; quod sepius illas
 Fecisset graubus curis, & amore teneri;
 Per silvas letum carmen cecinere vicissim:
Quo cantu venantium animi intenduntur, & ipsos
 Hortantur capere arma, ferisque inuadere ferro.
 His puer auditis socios vocat; sicut omnes
 Assurgunt, rapiuntque manu sucta arma, pharetrisq;
 Armo suspendunt leuio, vincloque tenaci
 Deuinctos ducunt rapido sub sole molosso; 10
 Latratiu quorum, & valles, vicinaque circum
 Insonuit silua, & sonitum spelaea dedere.
Tunc Mauors iuueni infensus, pariterque Dione
 Inuisus, non longè aberat, namq; ille secutus
 Igne nouo accensam Venerem, per rura Sabaea
 Errabat, veluti amissa furibundus amante
 In silvis aper, aut tauris quem pulchra iuuenca,
 Caraque deseruit, flammisque accincta vagatur,
 Et se torquet, amansq; nouum vestigat amantem. 15
 Ut vero turbare feras per prata Sabaea
 Dhiantis prolem Mauors conspexit Adonin;
 Protinus umbroso se luco condidit, inque
 Transformauit aprum se: quem nactus aprica
 Venator sub valle canis latratibus illum
 Insequitur: sonitum, vocemque secutus Adonis,
 Solus iter carpit solo comitante molosso, 20
 Vincla adimitque cani, visoque per auia tendit

10

15

20

25

30

Letus

Letus ipso sequiturque feram, iaculimq; per auras
*I*nferni magno ore tremens: namq; impetus illum,
*C*onquaque firor dumeta per aspra ferebat.
*S*ed utrum cometæ ullum non pertulit hastæ:
5 Sed trairus corvili vibratum hastile recepit.
*K*erro intem conuersus aper, se obtulit illi
*O*buius, & puerum tam Gnosia tela parantem
*D*irigere aduersus vementem: uno ociis ictu
 Deteuit truncoque furens impegit acerno,
10 *C*andideque in uero spumans dente illarupit:
*V*ulnere quo derelitus humi languentia liquit
*M*ébra calor, chlamydemq; cruor maculanit, & arma.
*D*elapsus verò subiectas sanguis in herbas,
*P*urpureis uineam inficit succis Anemonen.
15 *T*unc ferme instandi casus vulgata Dionem
*N*on lauit: nam veet a leui per marmorata concha,
*E*t Phorei comitata choro, dum tendarer oras
*L*ittoreas, qui saepe plagas iudebat Adonis,
*I*ngentem jtri epulum siluis. Dryadumque querelas,
20 *E*t comitum lamenta cauis è vallibus hausit.
*S*ed Dea per virides silvas dum curreret, & per
*A*uia & incultos salius, ut ferret amanti
*A*uxilium, horrenti demens non vidit in umbra
*I*nter densa rosim caretæ, herbæq; latentem:
25 *Q*uam pede dum premeret nudo, rosa candida opaca
*N*ota loco, siluaque diu redimita virenti,
*I*gneæ Acidaliæ vestigia fidit acutis
*S*entibus, albentesque rosas Dea fauiciat inxie
*S*anguine; qua postquam Veneris rubuere cruento,
30 *F*lorente ntuere nouo fulgore per herbas,
*N*arcissiq; comas inter, niueosque Hyacinthos:
*E*t quem de Veneris rosa pressa cruento ruborem

Tunc

XIIIO LAURENTII GAMBARAE POEMATA.

Tunc traxit, nunc fernat adhuc, gratusq; Dione est
Ante alios color ille, suo quem sanguine fecit.
Plantarumq; honor est, & amorem spirat, & ipsum
Conciliat rosa, silvicolis est grata Napeis,
Et Satyris, digitos ledat licet illa legentum.
Ipsa suis ornat felis, & odore coronas
Floribus intextas varijs: & fert a roscarum
Incingunt capita sonidum, ecce Delphical laurus;
Et flaus Veneris crines, natique reuincit;
Nati, cui similis rosa multum est: ille sagittas,
Hac spinas habet: ille alas, huc roscide pandit
Nascentem folia ad solem: fax ignea Amori,
Igneus huic color est: & succi plenus viterque.
Vt rosa pulchra coma est; pulcher quoq; crine Cupido,
Et longum non durat Amor, nec fulget in hortis,
Aut dumis rosa nata diu: regit ille superbo
Imperio cunctos superos, hominesq; ferisque;
Hanc penes imperium est, & honos, & gloria florum.

TUMVLVS.

Flos veluti quem riuis aqua, quum Sirius ardet,
Deserit, & prono vertice languet humi:
Quem frustra gelidi rores solantur, & umbra,
Et que vicinum perstrepit aura nemus:
Julia sic cecidit primis in floribus eui,
Sic cecidit rosco gratus in ore color.
Hanc flerunt tristes Sebethi ad flumina Nympha,
Impia & illacrymans sidera dixit Amor.

AD 30

III

AD AVRELIVM PORTVLA-
CAM, NERITE.

AVRELI sidus patriæ, pariterque tuorum
Gloria, quique Pytēta incolis ardua Quarti,
Quā noua se sedes Capitoli attollit ad auras;
Florentēmque videt tanto sub principe Romam;
Non ego progenie mea tuam, aut proclara tuorum
Facta canam; quibus exultat pater Olliūs; & qui
Arua rigat mille irriguis Mella inclitus undis;
Et quibus ingeminant plausum Benacus in antro,
Sebinusq; pater, latas & ad aethera voces
Attollunt, repetuntq; alacres benefacta tuorum:
At referam tibi quæ nondum cecinere Latini
Sint leuia illa licet) vates, Graiaeq; Camonea.
Nec nostram æquoreos tractus mirabere musam.
Sulcare, & placidis dare candida linteas ventis:
Nam prius illa virum cecinuit, qui littora primus
Cipanga teigit nostris incognita seculis,
Atq; alias vexit diuersa per æquora nautas.
Tu vero gratus domino, qui temperat oras
Romulidum, & Latios colles, & regna Latini,
Sis felix, seruentq; Pium pia Numina Quartum,
Augeat ut positis Romanam manibus urbem;
Hosq; regat longum populos, & prisca reducat
Seculi, promissaque tibi decernat honoros.
In lucem partu Doris dedit aurea Nereo
Quinquaginta olim Nymphas, solāmque virilem
Progeniem est enixa; foret quum iam obitus aro.
Hunc mater puerum dixit de nomine Nerei.
Nerit; qui Nereidas pulchro ore sorores,
Corporis & forma insigni superabat, & ipsam
Derida;

Doridac: nam vasti subter regna humida ponti
 Nullus erat Diuum puerο formosior illo.
 Huic pater intextumq; adamante, & iaspide Nereus
 Munere donarat currum, quo Lemnius olim
 Vulcanus pelagi cunctos ex ordine Diuos
 Fecerat; & Nymphas liquidis colludere campis:
 Illic & fera monstra maris, rerūmque parentem
 Oceanumstantem medijs effinxerat undis
 Ex auro, leuibusq; super freta cerula plantis,
 Nympharum catua latas agitare choreas
 In numerum, motōque albescere marmora fluctu.
 Ille etiam addiderat donis baccata jmaragi,
 Et gemmis lora Eois, bipedesq; volucres;
 Qui velerent puerum tranquilla per equora curru.
 Hunc ponti varijs donarunt Numina donis;
 Collaque coralio cincxere, & tempora baccis
 Nereides, huic chrysolithum latissima mater
 Doris habere dedit puerο, quotiesq; secabat
 Aequora Nerites curru sublimis auit:
 Et quoties patris ad thalamos, sedesq; redibat,
 Illum squamosa ponti per marmora gentes
 Strata sequebantur Phorco comitante per undas:
 Neptuno nam gratus erat, cunctisq; profundis
 Numinibus, Nerei, patris notissimus unda.
 Nerites pelagi vastas inuisere sedes,
 Fluuiorum & primos cupiebat cernere cursus,
 Et posita admirans sub terris stagna, lacusq;,
 Et liquidos fontes strepitu gaudebat aquarum;
 Precipue quā se nostras Padus amnis ad oras
 Verit; & Elysij lucos, umbrasq; relinquit.
 Interdum mystus Nymphis, pelagi que inuenta,
 Tritonumq; manu deduci per freta Nerei

Latus

Latus erat, patriūmque solum percurrere curru.
 Interdum optabat ventos euertere lonta
 Marmora, & hac eadem turbata per aequora ferri:
 Quum stridens Boreas puppes impingeret imis
 Muricibus, tumidoque mari ratis armataarent;
 Et votis supplex oneraret nauita colum.
 Ille etiam optabat portus, & nomina ponti
 Diversa, & mores, & formas scire natantum:
 Quoq; loco Phocaē stabulent, squamosaq; ponti
 10 Numina; quas & amet pelagi gens aspera sedes,
 Discere, & illorum vultus, vicīmque, genūsque,
 Nomināque, insidiāsque; gerunt dum bella per aquor
 Inter se hægentes, & amantum noscere curas;
 Quas non aequus amor illorum in pectora senit.
 15 Hoc eudem aquoreos habitabant tempore fluctus
 Orta Venus pelago, nondum dignata Deorum
 Concilio; qua forē mari tranabat aperta
 Oceanī freta, Delphinum comitata natantum,
 Nympharūq; chorο: Eury nome, & formosa Calypso,
 20 Et nondum Chymene mater Phaeonthis in amnem
 Deicti, & leta Eurybie, Oceanitides omnes,
 Et Beroe, & Clytie, nineis & Acasta lacertis
 Post currum Veneris pariter vada salīa tenebant.
 A lata, dextrāq; citi Tritones, & ingens
 25 Littoreas Glaucus cauda verrebant arenas;
 Ceruleo aspectu Glaucus, cui lubrica barba est.
 Et varijs impexa tenus latā inguina godis:
 Inter se illius coeunt curvata sub ipsa
 Fronte supercilia, & latos intorta per armos
 30 Huc illuc comas fundit, fluit atque per aquor:
 Alga habet aspersum pedas, sucoque virenti,
 Et bifida ad pingues lumbos est cauda reflexa.
 Neptunius Veneri comitem se per vada forte

H

Addi-

Addiderat; qui per pontum v. agus Amphitriten
Consortem nondum thalami quarebat amatam.
Hos etiam Nerei proles pulcherrima fluctus
Scindebat, late cœtu comitante sororum:
Quem iuxta ante alias innabat candida Nympha as
Expers cornubis Theis, & leta Iphianassa,
Et flauas Arethusa comas, & carula vultum
Cymodoce, que turbatas Aquilonibus vndas
Temperat; & placidum reddit mare, & obvia pellit
Flamina; & in portum nautas deducit ouantes.
Unda mater erat cara cum coniuge Nereo,
Vecta leui curru Doris; pariterq; ruebant
Albentes pelagi spumas; quæ maximus vndis
Oceanus celer Hesperidum circumuenit hortos.
Parte alia Aegeon pelagi prope litora curru
Spumasque sulcabit aquas; Nymphasque secutus
Per maria alta, choro. Diuim se adiunxerat vndis.
Huic grandæus erat Proteus comes; altaq; ponti
Carula scindebat pariter, littusq; petebat.
Nec mora, carulei coniungunt agmina Diu,
Miscenturq; simul, veluti quum montibus altis
Orgia Parnassi celebrant triceria Bacchi
Euantes mistæ cum cornigeris Siluanis.
Nerit enim subito ut puerum Venus aurea vidit
Nericidas vultu superantem, & catena ponti
Numina, & aequali forma pubescere, & annis;
Ossa per, & teneros artus noua flamma cucurrit:
Atq; oblitæ senem venerari Nerea, & ipsum
Reptorem pelagi, & denuda cupidinis alto
Vulnere, Neruen adiit: qui virgine visa
Aurigam undantes adducere iussit habenas;
Et Venerem admirans insuetis ignibus arsit.
Mox illum complexa Venus dedit ocula centum,

*Et tot idem amplexus puero; currūque recepit,
Et toto Diūm cōtu spētante volentem
Neritē secum adduxit, letique sēcabant
Humida regna patris, sedes aut matris adibant
5 Doridis; aut antra Oceani conuexa petebant;
Vinae Neptuni latebroso è pumice tecta:
Ad qua pellebat sero sub vespera Proteus
Horribiles visu Phocas, & squamea circum
Monstra maris, que pulsā cauo clandebat in antro.
10 Hac eadem loca pulchra Venus, Nereiā propago:
Et teretes bacis, adamantāque, chrysolitumqz,
Rubrāque coralia, & gemmas, aurumqz, legebant:
Et sese his rebus, currumqz, & lora, rotasque
Ornabant, cornitesqz simul, bipedesqz, ingales:
15 Et bacis mare fulcabant, gemmisqz cornuci:
Ad qua numinibus pelagi comitata, rosisqz,
Flarentes ornata comas, niueisqz, hyacinthis,
Appulit alma Venus; quim primum nata profundo
Exiluit, deuecta leni super aquora concha,
20 Tempore quo Titan pallentia frigora pellit,
Et Zephyri tepido flatu se terra resoluit:
Tere nouo Euxini tendebant semper ad aquor,
Quā multa vagus Ister aqua procura relinquit
Litora; & Euxini resonans in marmora fertur:
25 Unde latex pelagi magè dulcis fertur, & illic
Collecti pisces properant, pontōque morantur,
Donec tristis hiems has oras linquere cogat:
Nam vaga monstra maris sedes, atqz equora mutant;
Ut mutant Palamedis aues, alicqz, volucres.
30 Sed iam tempus erat, quo debita fata morantem
Oceano in vasto Venerem, sublimibus oris
Inferrent; Diūmqz, choris, numeroqz locarent.
Hoc puerum calare Venus pulcherrima factum*

Haud voluit: sed tunc instantia fata reclusit,
 Atq; illum complexa dedit sueta oscula, & inquit.
 Nunc i.m tempus adest, cali quo transferar altas
 In sedes: nang, has magnus mibi Juppiter oras
 Annuit, & non Oceani freta salfa tenere;
 Sim licet orta mari, tu mecum regia magni
 Tecta Iouis, superumq; petos colfa atria cali
 Stellantis: qua pulchra magis sunt, quam tua Nerei
 Antra patris, nec no scopuli, & regna humida, rupesq;
 Oceani, quod si calum componere ponto
 Ipse voles, tu Delphinis per tergora claros
 Argento Phocis compones turpibus, & me,
 Quam dudum Nereo genitore, & matre relicta,
 Immensum sequeris noctesque, diesque per aquor,
 Deniclam granibus curis, & amore relinques:
 Interea his dignas Nymphis nemorumque, marisque,
 Et dignas quo cung, deo tibi tradimus alas;
 Quis poteris mecum cali conscendere sedes.
 Tunc Venerem non plura loqui Nericia proles
 Permisit, sed sic inquit. Quae regia magni
 Tecta Iouis nunc laude Venus super athera tollis;
 Hac sine me tu tecla coles tam lucida, qua tu
 Oceano nostro equipares, sfernisque profundum:
 Vnde tuum (ut memoras) ducis genus, & maris aquor
 Deseris, & quoreosque Deos, viridemque iuuentam.
 Quod si me, solam te propter linguiere credis
 Velle patrem, Nymphasque simul, caramq; parentem,
 Quae deserui, lussum licet aquora tecum,
 Hac tua te incantam spes credula fallit, & alas
 Fulgentes has caruleo, rutiloque colore
 Ipsa tua poteris ventura parcere proli.
 Non ego te teneo, nec te rogo, nam mibi certum est
 Has sedes habitare patris, nihil athera curo,

Nil

Nil tua dona simul, quae tu tibi regia fingis.
 Hac dicens, monstro dat habenas impiger, & se
 Ex oculis austert Veneris rapidiusq; per aquor
 Fertur, at illa sequens precibus tentab amantem
 Flectere: & ille magis properabat per freta magni
 Oceani celeres cursus, non sic lepus altas
 In silvas fugit, aspergit postquam ille per arua
 Aduentare canes, strepitumq; è vallisbus hausit:
 Nec sic adducto volat arcu emissâ sagitta.
 10 Sed pertea sequi iuuenem per cerula nota
 Ulterius, metuensq; patris ne tecta subiret,
 Namq; puer dorso exceptus Delphinis, apertos
 Sulcabat ponti campos, velocior austro.
 In pelagi cochleam fugientem vertit, & inquit
 15 Indignans. Sine me puer intractabilis aquor
 Oceani & stagna alta coles, & amata tenebis
 Antra patris; mistusq; tuis sub cerula Nymphis
 Errabis posito non nomine, nang, eris olim
 Ut prius Oceani tota notissimus vnda.
 20 Hac Venus hunc contra fata est. mora nulla: per aquor
 Formam aliam puer induitur, lentoque per alta
 Neptuni incedit motu, ceu pressa biremis.
 Quum verò pelagi Delphin liquida aquora tranat;
 Non agitata Noto muscosis exilit antris,
 25 Et pascit virides vdis in vallisbus algas;
 Remorumq; fugit strepitus, sonitumq; tremescit
 Humanæ vocis, pelago dum pabula querit.
 Sed quum turbato venii incubuere profundo;
 Et fragor insonuit latè per cerula Nerei,
 30 Ille causis heret scopulus, nec se mouet unquam;
 Aequoreis donec latebris mota vnda resedit.
 Interdum vada lenta petit, summâque latentis
 Fertur aqua scopolos inter maris, & causa saxa:

H 3

Et

Et partem concha sublimem lenibus auris
Opponit, cæcicq; domus sese recipit mox
Flexibus, in morem q; ratus celer aquora fundit,
Audiat Aeolis donec crebrescere ab antris
Flamina crescentis Borea, vel ab aethere labi
Senserit instantem pluuiam sine murmure cali.
At verò sibi pulchra Venus de legit Amorem,
Post casum pueri puerum; qui non minor illo
Forma erat, & sobole egregia (nam Chloride Nympha,
Et Zephyro patre nativa erat:) cui plena sagittis
Pendebat pharetra ex humeris, atq; aurem arcu,
Atq; auro similis per colla hand his pida crinis
Vindabat: cui tunc dono concessit habendas,
Nerita quas illa olim donauerat, alius,
Atq; illum calis secum super aethera duxit.

IN BRVNORVM RANVTII
GAMBARAE F.

FVLGENTES humeris alas si fortè teneres
Brunore, & gereres aurea tela manu,
Et pharetra atq; arcus lateri penderet, & artus
Non tegeret teneros candida pallatiuos,
Et iuxta te staret Amor: per flumina iuro,
Cypria non nati nosceret ora sui.

IN T V M V L V M L V D O V I C I
ARIOSTI.

T v laudes quondam cecinisti carmine Tusco
Hippolyti Estensis preclaraque facta meorum:
Nunc alter stirpe Hippolytus generatus eadem
Hoc Ariooste tibi posui Ludouice sepulcrum.

IN CLYMENEN.

Vt nati interitum vidit mortissima mater,

Con-

Concussit subito frigidus ossa tremor;
Et dixit, miserande puer, mihi non licet ultrâ
Vivere, nec possum te sine luce frui.
Dum loquitur, natumq; tenet complexibus, ehen:
In celeres fugit vita, calorq; Notos.

IN EFFIGIEM HOMERI.

MOEONI hac vatis semper florantis imago est,
Quum belli fulta, & belli certamina Mauors
Erudit, canere at Phœbus dedit arma, ducēsq;:
Cui dedit & citharam, qua dixerat arma Gigantum.
Parnassum hic primus liquit, secumq; Camænas
Duxit in horribiles pugnas, bellūq; tumultus,
Atq; illas non visa prius per cœrula vexit.

IN FONTEM HIPPOLYTI
ATESTINI CARDINALIS IN
COLLE QVIRINALI.

HIPPOLYTO has ederas dono dedit aureus Euā,
Munere & has lauros illi concessit Apollo:
Et merito, quoniam Superis gratissimus ille est:
Dumq; cupid decorare locum, & data dona Deorum
Regia Atestinus tanti non immemor heros
Muneris, has inter, construēt fornice, lauros
Condidit egregium latebroso è pumice fontem:
Et medio umbrarum spatio, latèq; fluentis
Murmure fontis aquæ, consueto more, locauit
Hanc Veneris raram effigiem, paruosque sinistra,
Ac dextra stantes Pario de marmore natos:
Mox geminos fonti Satyros adiunxit, ut alter,
Ceu fidus custos, seruet spirantia circum
Marmorata, odoratimque nemus, viridesque corymbos:

H 4

Alter ut e gelidos latices effundat ab urna
Hippolytus quoties hortos, sua regna, renuset.
Addua testudo est operi sublimis, & alba
Circum edera intertexta, sacrum que plurima fontem
Et Dryadas, Faunosque graui defendit ab aste.
Latitia plausum ingeminant per compita Nymphae,
Et clarum Hippolyti referunt loca frondea nomen
Felices horti tanto sub Principe, qui vos
Et colit, & semper donis praestanibus ornat.

IN ALTERVM EIVSDEM FONTEM.

Tu quoque Fons etiam nostro celebrabere versu,
Quem Musa solidi Aonides de marmore, nec non
Ilo eodem argento dudum celstus Apollo,
Nymphae, chorus Dryadum, Fauni que coronant, 15
Hippolyti Estensis Magni memorabile donum.

Perpetui tibi sint latices, umbramque ministret
Perpetuam ramis vicina virentibus arbos,
Atque tua circum ripas tibi floreat herba,
Herba comis laue bencolentibus, & procul astas
Torridi si, nec te largo cum grandinis iubre
Inuadat Notus, & ramosa coralia frangat,
Et positas circum conchas, atque atterat hortos
Hippolyti, dignos auro quos irriget Hermus,
Et quibus Alcmoi cedant, & Adonidis horti. 25

IN FONTEM ALEXANDRI
 RUFINI EPISCOPI MELPHIEN.
 IN AGRO TUSCULANO.

Rupe sub hac, vag a lympha fui, sine nomine, sed nuc 30
Rufina è domini nomine lympha vocor:
Ille etenim sparsos latices collegit, & undas
Auxit, & ex fructu fornice clausit aquas.

MEDONTIS NAVTAE VOTUM.

SALVETE & comites, quos fera dispulit
Tempestas pelagi, saxa per inuia:
Quorum praualidis flatibus impiger
Mersu penè rates Notus.
Ad procurua sedens ipse ego littora
(Qua cursum Thyberis tendit in aquora)
Spectabam rapidum fulmen ab ethere
Demissum, & freta fernida.

10 Sed pulsas ageret per vada dum trabes
Nimborum crepitus, vota sacra Ioni,
Quem vasti penè est imperium maris,
Hec feci comitum memor.
Voti nunc reus hoc iam mea debita

15 Soluam vota libens, versus ad aurea
Solis purpurei lumina, quæ nitet
Surgens è pelago iubar.

Sacros ante focos gloria corruet
Armenti rapidum flumen ad Albula

20 Taurus, porriçiamque in vada cernula
Vinum, atque exta calentia.

Et nox Oceano quum ruet humida,
Effulgentq; polo signa nicanria,
Nigris agna Hiemi velleribus cadet,
Arasq; imbuet, & focos.

Mox veclam Zephyris innocuam obrarem,
Nautasq; incolumes per maria aspera,
Alba hæc agna gregis lanigeri decus,
Tinget sanguine littora.

30 O Neptune parens, & domitor maris,
E calo quoties se Canis astifer
Ostendet, tories sacra feram tibi
Multis non sine laudibus.

FLOS veluti quem riuus aqua, quum Sirius ardet,
 Deserit, & prono vertice languet humi,
 Quem frusta gelidi rores solantur, & umbrae,
 Et que vicinum perstrepit aura nemus:
 Iulia sic cecidit primis in floribus ani,
 Sic cecidit roseo gratus in ore color:
 Hanc sferunt tristes Seberhi ad flumina Nymphae,
 Impia & illacrymans sidera dixit Amor.

AD FVLVIVM VRSINVM
ROM. CARMEN.

NUNC quoniā arboribus redit humor, & humida
 Ob Veris tepidos imbres submittit in hortis, (telus
 Et silvis varios flores, & gramina campis,
 Et dulces aurarum anima pacata reuisunt
 Iam maria, & cali, Zephyro spirante serena;
 Te studia ista operosa precor, Musasq; seueras
 Non colere vltterius o Fului Vr sine, sed illi
 Deserere actutum; dulcisque inuise ruris
 Otia, nam Dryades Nymphae frondosa frequentant
 Iam nemora, & virides saltus; plauduntq; choreas
 In numerum: latig; greges ad flumina ducunt
 Pastores; & sub queru viridante recumbunt;
 Certatimque canunt, dum pascunt gramina vaccæ.
 Te varij inuitant flores: qui non secus ornant
 Florentes hortos, vicināque prata, nemusq;,
 Astrorum quām noctēm ignes, atq; atria cali.
 Quare age nunc Fului, quo non est inter amicos
 Præcipiu(nec decipimus) vel certior alter,
 Rumpemorar: & tot iam parce laboribus; & te
 Collige: nam scriptis satis est vulgata per oras
 Europa tua fama tuis. quid pectore versas

His

POEMATA.

His etiam maiorat tuo? quem diligit omnis
 Qui colit ingenuas artes: nam tu quoq; amicos
 Officio, & dulci obsequio non deseris unquam,
 Præcipue in rebus dubijs: Farnesius unde,
 Teq; alij heroes meritò admirantur, amantq;.
 Ipsa dies sed quum veluti nemorum leuis umbra
 Prætereat, nunquam redditura, ut in arbore frondes,
 Et folia(aduentu Veris) Zephyriique quotannis;
 Dic mibi, quid tantos, noctesq; diesq; labores
 Mortales perferre iuuat? nec vivere Musis
 Interdum, nec velle sibi linque ardua Romæ
 Mœnia, septenosque suo cum Thybride colles:
 Et confer te iam Ferrata ad culmina Cryptæ;
 Quum sacra fueris Laterana operatus in ade,
 Primores inter templi, rerumq; ministros.
 Namq; tui Perenottus amans, nostrique moratur:
 Qui sine te non carpet iter: cui visere templum
 Fortuna est animus positum Prænesti sub alta.
 Hic ubi nos & dignus auis, at auisque Columna
 Julius hospitio accipiet, domib;isq; superbis.
 Inspicere atque Alba vestigia diruta longæ,
 Et Dauni exoptat sedes, orasque Latini
 Laurentum regis, sublimesque Anxuris arees:
 Et Romam rediens Tiburtia mœnia adibit,
 Hippolyti Efestensis fontes visuris, & hortos
 Vulgata illustres fama, & tecta aurea calo
 Educta, & ville vestigia prisca Hadriana,
 Et circum loca tot claris celebrata poëtis.
 Adsum iam soliti comites, primusque gerendis
 Ximenes in rebus adest spectatus, & alma
 Verus amicitia cultor, est Funchius acri
 Iudicio, & seruans equi, & Florentius Vrbis
 Romana & septem colles, veteresque ruinas,

123

Et

Et prisci populos Latij, & mutata locorum
 Nomina iam pridem doctus cognoscere: sed non
 Se prefert tamen ipse tibi; nec certat honore,
 Aut tecum ingento: sed te super aethera tollit.
 Hi signis te, & voce vocant quid tempora differt;
 Perpetuò addictus monumenta euoluere Graium,
 Et Latiae libros linguae? Te magnus in horas
 Expectat Granuellanus: quotiesque videmus
 E domini teclis, vel qua de colle ruit fons
 Cum strepitu, aduentare equites longinqua per arua, 10
 Qui versus tendant antiqua palatia Cryptæ
 Ferratae: tunc nos ipsum te credimus esse,
 Ad nos qui properè venias: magnaque tenemur
 Lætitia; & subito Farnesi limina magni
 Linquimus, utq; alacres per prata virentia gressus
 Dirigimus, frustra at toties. quare eia age Fului
 Quadrupedem concende tuum; qui te feret ad nos,
 Hand secus ac pilenta solent. te lucidus aether,
 Et Uer assiduum Romanas linquere sedes
 Hortatur, comitesque tui. quid in Urbe moraris?
 Esse etenim non Urbe potest, rerumq; tumultu,
 Ut rui, Ver perpetuum. tu namq; videbis,
 Post ubi te Cryptæ Ferratae tecta tenebunt,
 Ire dies alios, alium lucescere Solem:
 Et dices: Valeant urbes, & tu quoque Roma.
 Non erit interea studiorum magna thorum
 Factura o Fului. nam tu magè latus ad artes,
 Nec dubita, ingenuas post otia blanda redibis.
 Nonne vides, quum fessus ager tot ferre quotannis
 Ordea, & alternis mutato fidere fruges:
 Hunc si permittat paulum requiescere campum,
 Illius & nullas inuertat vomere glebas
 Rusticus, amissas concessa per otia vires

Colligit

5

15

20

25

30

Colligit, & votis post ille exculus auari
 Agricola respondet ager; vel si imperer illum
 Fundere humo letas, multo cum faenore fruges.
 Hic struere ob magnas messes alia horrea rectis
 Cogetur. sed si flauentes spernet aristas,
 Nec uitie instabit siliquis, viliq; lupino;
 Sintq; illi tantum florentia pascua cordit;
 Impletib; sint magna licer, faenilia pastor:
 Tabula nec deerunt pecori, nec gramina campis.
 Ipse igitur nostri non immemor, optime Fului,
 Accelerat: namq; aucupium, leporesq; silentem
 Sub noctem capti insidijs, volucresq; cohortis,
 Atq; hædi, & vituli, qui nondum gramina pascunt,
 Te expectant: quorum tondent vicina parentes
 Pascua, vicinumq; nemus: nec summa lactis
 Cymbia, nec calathi desunt: que vincere lentis
 Ignibus haud opus est: nam fertur ab ubere pressum
 Lac dextra, leuaj; manu pastoris in alta
 Aria; quo Cererem miscent de more ministri:
 Nectare & hoc primum diuino vescimur: & mox
 Mensam onerant epulis famuli, & carchesia ponunt,
 Quæ circum placidi colles, collesq; Capeni,
 Et Setinus ager, Surrentinusq; tulerunt.
 Sublatas at post epulas, Caroli inclita facta
 Caesaris, aut capitæ Urbes, aut fædera pacis,
 Aut belli causas memorat Perenottus ad vnguem:
 Pars quorum non parua fuit; narratq; tumultus
 Iam pridem quos (horrendum) Germania mouit:
 Et quoties rex castra mouet, cui Martia paret
 Gallia; & insequitur ducibusque, armisque rebelles;
 Aut illos cingit valida obsidione; fugative
 Partem aliquam: vel si profugis subit aduenia miles
 Auxilio, nobis roties sunt omnia nota:

Sed

Sed Granuellani non hec sine munere scimus.
Tu vero ante alios Fului optatissime longas
Ulterius ne nocte moras, promissaque seruas:
Namq; tui desiderium non ferre valemus.

THYR S I S.

IN lucem sub Vere nouo conuersus ad alta
Nigrantis cali nubila Thyrsis, ait.
Dum Prænestinam tendit Perenottus ad Vrbem,
Fortuna ut videat diruta templa Dex;
Et sepe pelagi Titan attollit ab undis;
Aeole in umbro carcere clande Notos.
Tunc niuei cadet ante aras tibi velleris agna,
In mare quæ tumidis Albula fertur aquis.
Atdiut hæc pater Hippotades, Austrósque remouit:
Et vaga cesserunt nubila sideribus.
Et dulces venere aura & Pallantias ore
Purpureo clarum reddidit orta diem.

IN TABELLAM APVD FVL-

VIVM VRSINVM, IN QVAM
michaelis Bonarotij manu Iudicium nigro lapillo
depictum est.

DEMISSVS calo Michael Bonarotius alto
Angelus, hanc primam expressit miro ordine formam,
Iudicij, inclusam hoc hebemo; quam deinde supremo
In Vaticano pinxit: calumque reuisens
Florentem secum pictura retulit artem.

AD ALEXANDRVM FARNE SIVM
BASILII ZANCHII CARMEN.

QVAE nunc magne pater nulli te laude secundum

Sine

Sine velis belli, seu magis arte togæ:
Trans Gangem, trans Herculea vada feruida Calpes,
Fama coronatis candida portat equis:
Hæc eadem, quum tempus erit, te, maxime rector,
Qua calum, & terre, qua maria alta patent,
Trans nubes, Solisq; vias, trans æthera tollent,
Et tuus eternum sidera tanget apex.
Tunc plausus tua Roma dabit; tunc latior ibit
Albula; tunc longè pulchrior orbis erit.

LAURENTII FRIZOLII AR-
MINENSIS Ode, ad Gallesium Regardum.

TE nuper alto vidimus equore
15 Vectum, secundis turgida flatibus
Regarde contraxisse vela,
Atq; humilem tenuisse cursum.
Nunc fortis idem nec pelagi minas,
Cali nigrantem nec faciem times,
20 Mutare fortuna potentis
Nescius arbitrio colore.
Non hæc tacebit munificam manum
Aetas, sequenti tempore comitas
Narrabitur mensa hospitialis,
25 Quam Charitum exhilarauit omnis
Cortus: loquaci non sine barbito
Verax fereris, iustus, & integer,
Fidesq; dicetur, tuumq;
Quod fuerit studium suandi.
30 Non ille nomen funere longius
Producit, auri lumine qui stupet,
Desigit & tellure mentem
Ætheream, posuitq; nullos

Fines

*Fines habendi: nec memores sui
Post fata linquit, sed sua commoda
Metitur, auratoque onustus
Vellere se veneratur amens.*

*Si detur auro cuique homini suam
Mutare mentem, non poterit tuum
Regarde, vel regum propago
Vlla animum reparare merce.*

*Non dona rubri si maris adferat,
Tagique arenis te beet, imperas
Gemmisq; felix, purpureaque
Et procul ambitionis astu.*

*Aedes potentum deseris aureas;
Et Vaticani lat a ingo colis
Vineta, muscofisque fontes,
Fontibus impositamque siluam.*

*Magni Maronis tecum erit emulus
Scriptor Latini Gambara carminis:
Formasque, mutatisque vulnus
Concinet, & noua regna Cuba.*

*Non deerit altas qui sapiens graui
Sermone rerum pandat origines,
Finisque, quis exclusa virtus
Aurea se medium locauit.*

*Is lacrymantes Pontificis Pi
Nobis acerbam mortem oculos Pius
Deterget, & curarum acuta
Tela animo validus refinget.*

LAURENTII

GAMBARAE

BRIXIANI,

NAUTICA I.

Amilcon, Amphidamas.

10  ENDEBAT Lipara fractis ad littora re-
Gnosius Amphidamas, immitti impulsus ab
Austro, (Ponto:

Dum vaga committit surgenti carbasa
Nec timet Aeolio missos à carcere nimbos.

15 Uno, eodemq; mari, ventique agitatus Amilcon,
Littoreis Lipara siluis construxerat aras
Neptuno, atq; Hiemi; quorum freta nota quierant
Auxilio; & capta nauem seruaret arena.
Occurrens prior ad litus sic infit Amilcon.

20 AMIL. Quā letor dum te in columem, sociosq; ratiq; q
Aspicio: Su ulis mersum te rebar in vndis:
Inferiasque tibi, supremaque dona parabam.
AMPH. Hac eadē ducebas animo, quū turbidus Auster
Ingrueret ponto; totumq; euerteret aquor.

25 Autolyci nauem ante oculos, Sagarisque carinam.
Illisit scopolis; rapidoque in vortice mersit.
Vidi ego per tumidos morientum corpora fluctus.

Vidisti, quibus Auster aquis, quo turbine ferret
Disiectas pelago puppes? ego Cycladas inter
30 Rexit sepe ratem, Maleeq; per aspera saxa
Sepe dedit trahibus Zephyros; licet horrida grando,
Et piccis ruerent cali de partibus imbris;

I Perfin-

Perfusere cīg Notus fremuit per carula: & undas,
Et pariter puppes ad lucida tolleret astra.
Non tamen hanc pelagi faciem vidi: licet Euri
Deprensas agerent agitata per aquora classes.
A M I L. Camibalii ipse etiū terras, littusq; Cipangæ, 5
Divisum penitus nostris regionibus orbem
Accessi; (iam nona milis propè vertitur ætas)
Atq; horum fines ultrè: qua s̄p̄ctat ad Arctos
Insula Cuba, salo circum pulsata sonanti;
Quam semper feriunt vasto maria aſpera fluctu:
Sulcari & littus Paria, & freta concita circum, 10
Perpetui reuoluta Notis, Boreaque frequenti.
Quo pelago viret herba, natantq; per aquora passim
Semina: que cursum impediunt, nautaque fatigant.
Ast ego, ſepe eadem quamvis herbosa remenfus
Carula per rapidos fluctus, per inhoſpita ſaxa: 15
Non tamen hanc molemq; & aquas, conuulfq; fundo
Aequora, nec ventis ita feruere Nerea vidi.
Sed nos interea, ſocij dum littore vela
Extendunt, iam vota Deūm ſoluamus in aſta.
Tunc nemoris de parte caua, qua murmure rauco 20
Inter concava ſaxa ſonat mare, & alluit umbras,
Ingentis ſilua afficiunt errare per herbam
Lanigerum pecus, & pictos latera ardua tauros;
Quos nullus paſtor ſeruabat in alta:
Quin etiam innumeri curvo, quos ceperat hamo, 25
Et funda pifcator, erant in littore pifces.
Tunc alacres ſubito expedient arma omnia nautæ;
Inuaduntq; greges; captosq; ad littora cogunt:
Et donis cumulant aras; ſerisque coronant
Caruleis, & ad aſtra manus ſublimia tolunt; 30
Unanimè ſequunt preſentia numina Ponti.

Proſpiciens pelagi fluctus ſic ſatur Amilcon.
A M I L. Huc hircū Neptune pater tibi maſtat Amilco:
Intonſumq; caput pinu velatus acuta
Immolat ante aras hunc vasto corpoſe Thynnum,
Hosq; tibi de more ſues: & pingua ponto
Exta iacit; ſpargitq; mero vada ſalſa rubenti:
Quod Methymna ſoluens de littore ſecum
Attulit; & curuo thyafos in littore ducit:
Dum ſacer impositus flamma tibi Pomphilus ardet.
I 0. Nam Phœbe calo rutilans ſecum aſtra vehebat:
Et nox nigrantes Orci de ſedibus alas
Extulerat; terramq; ingenti inuoluerat umbra:
Procuruo Cres Amphidamas in littore dextram
Sufſulit; & geminas ſtellis orientibus aras
I 5 Alpino ſtatuit Borea: ſparſitq; Amaranthis
Purpureis madidum littus: cui candida primis
Velleribus cadit agna, ferit ſub gutture ventis
Eois nineas pecudes: nigramq; bidentem
In flamas Hiemi iugulat: ſuceptaque vota
I 20 Exequitur, grates referens felicibus Euris. (fatur.
Dehinc dextra Amphidamas cultrum tenet, atq; ita
A M P H. Vos quoq; Amyclæi fratres, quibus hoſtia
Sanguine ſacra ficos tingit ſub Vere quotannis, (veſtos
Fleſtæ ad hæc mea ſacra oculos: hæc viſtima vobis
I 25 Corruit: ha gemina lucent in littore flammæ.
A M I L. Et tu ſupremum numen mihi, cui freta parit
Omnia; ſquamoſeq; habitantes aquora gentes,
Et venti, ſenaq; hiemes; tu dirige noſtras
Per pelagus Neptune vias: da ſiſtere portu
I 30 Hæc mea vela: volensq; tuo me numine ſerua.
Interea dum ſacra ferunt ſolennia nautæ
Ventisque, Hiemique, & littoreo Neptuno; 12
Aereos

Aereos puro Phœbe vaga lumine cursus
 Torquebat bigis fulgens, nec nubibus ether
 Obscurus rutilos astrorum obduxerat ignes,
 Quum lati nauta placidum mare nauibus intrant,
 Clara fauet quibus ipsa suo cum lumine Phœbe:
 Et Zephyri nocturna ferunt per cœrulea puppes.

N A V T I C A . I I .

Pteleras.

O R T A dies sine nube polo fulgebat ab alto,
 Et rutilis Phœbus radijs, curruque nitenti
 Aureus Eois sese referebat ab undis,
 Aegeique minas pelagi, commotaque fundo
 Aequora placarat passim Neptunus, & omnem
 Ventorum rabiem tenebroso clauserat antro
 Aeolus, errabatque celer subter mare delphin;
 Et nota Aegaeo querebat pabula ponto.
 Non fragor auditur siluis, non littore curuo
 Nigrantes ludunt fulice, non bucula ventos
 Captat: at ipsa hiemis secura in valle virentes
 Nunc auido dumos morſu, nunc gramina tondet:
 Quum vidit Pteleras tranquilla per aquora nauem
 Vertentem cursus ad littora cara Donyse.
 Qui postquam nautarum habitus, atque arma, ratemque,
 Et vela aurato longe fulgentia Glaucō
 Agnouit, surgens puppi sic fatus ab alta est.

O ratis ante alias felix, qua ſpumea verrunt
 Cœrulea; qua pelago tecum mea gaudia defers,
 Et magnas Orientis opes, & Lydia regna:
 Tu pelagi decus omne, Deum tu munera tecum

Sola

Sola vehis: tu digna magis, quam nobilis Argo
 Sidercos inter cali ſplendescere cursus:
 Quamvis illa Duces, & Graia robora genitis
 Phœsidis ad ripas perduxerit Aetas:
 5 Quamvis illa foret Diue fabricata Minerua
 Consilio, iuſſuque, vagi prope flumen Anauri,
 Quæ posset tumidis Neptuni obſtare procellis;
 Et fari ad proceres humana voce Pelagos.

Nec claffi inuidet Phrygia, que per freta longa,

10 Quum vetitos peteret thalamos, abduxit ab oris
 Tanarijs Arguam Helenen: licet illa Lacanas,

Iliacisque nurus nivœ candore, comaque,

Per roſeos diffusa humeros superaret, & ore
 Egregio; ſummoque foret Ioue nata parente,

15 Et ſola Agricolas ad prælia cogeret urbes.

Cymothoe forma inferior te iudice Triton

Eſt tua, ſi nunc vera loqui ſinit acer Amor te.

Nereides, quarum domus eſt mare, dicite Nymphæ,
 Dicite vos: vidisti enim, dum rector olympi

20 Juppiter in faciem tauri mutatus, ad urbes,

Qua rapido resonat fluctu Gortynia tellus,

Sidoniam veheret fraterna per aquora prædam:

Qua fuerit Ioue digna magis: Tuque humida ponti,
 Cui freta ſubiciunt ſe, magnique fluentia

25 Oceanus, Neptune pater, poſtquam alta patentur

Cœrulea te Regem, ſalſos an pulchrior villa

Intrabit fluctus curua rate dic mihi: nec te

Tritonum comitante choro, Glaucique, iuuentia

Addere pœnitentia tua per vada puppi.

30 Nam Leuce quacunque tulit ſe, protinus omnes

Collectæ fugiunt, nubes, & fabra refidunt:

Quacunque illa pedum vestigia retulit, omnis

I 3

Ridet

Ridet ager; resonantque avium concentibus agri:
Et seu solatenet silvas; seu frondea ruris
Tecta subit; haec lateri Dea Cypria, nec non
Dulcis Amor: Dryadum illecebris qui ferrea mulcet
Pectora, & accendit tacitis precordia flammis.
5 *Ifelix Leuce dignos sortita Hymeneos.*
Serta rosis intexta recentibus afferet Aegle,
Aegle littoreis cantu notissima silvis.
Nec non indigena tibi rustica dona coloni
Sponte ferent: patrisq; canent connubia lata
Carmibus: primisque onerabunt frugibus aras.
10 *Dū verò hæc recolit Pteleras, lituumque, tubarūq;*
Ingens exoritur procura ad littora clangor;
Et pelagi cana saxa sono pulsata resultant:
Nec mora, decurquet clavum, laxaque rudentes,
Carbasique: & vertit cursus ad littora Deli.
15

N A V T I C A III.

Limniace.

20 *Nocturnos stellarum ignes vix lucifer alto*
Dispulerat: vix orta dies renouauerat orbem
Luce noua; dum ros madido de gramine nondum
Decutitur, sed adhuc reficit sua pignora tellus;
Et latè redolent letissima floribus arua:
25 *Quum petijt mœrens Creticum Gnosia littus*
Limniace: quam mista Amyco Lyrnesia Procris
Connixa est furtim; multa qua mistus arena
In pelagi tumidus salsa fluit Inachus undas.
30 *Tum mare proficiens, dubijs incommoda ponti,*
Rumpebat tales mœrenti e pectora questus.

Infelix

Infelix virgo, liquit quam miles, & arma,
Et prædas, & cæstra sequi, rapidosque calores
Sepe pati, longasque hiemes, & frigora bruma
Maluit; & gelido captare sub æthere somnos.
5 *Interdum tamen & belli furor impius, & Mars*
Facta pace silet, viator direpta reportat
Hostibus arma domum: mox sepe ex ordine captos
Accingit memorare Duces; longoque vicissim
Contusos bello populos, superatque regna.
10 *Dum memorat; nunc ante sui nota ora mariti*
Læta sedet, fruiturque viri sermone; nec ullis
Exercet curis vitam, nec pignora curat;
Et nunc moesta silet dubio in certamine coniuncto;
Vulnera dum, bellique vices, & prædia narrat.
15 *Piscator pelago captat, seu flumine pisces,*
Siue lacu stagnantis aquæ; quum vesper amictu
Nigranti gelida noctis se obnubit, ad urbem
Cum præda latus properat: granis inde reuertens
Aere domum parto fruiuntur cum coniuge cara.
20 *Et visco qui fallit aues, seu retibus, & qui*
Vertit humum ferro incurvo; seu mollia falce
Prata secat, frugesque metit, quum sacra sacerdos
Indicit populis, redeunt ad dulcia tecta:
In triujsq; agitant choreas, quas æsculus umbra
25 *Ingenti tegit, & ramis frondentibus ambis.*
Venator silvas prima sub luce fatigat,
Inuoluitque feras laqueis, aut communis hastæ
Infensa aggreditur: moriens cadit illa repente
Ante oculos: iuga summa petit vel saucia; & altis
30 *Se condit nemorum iam iam moritura latebris:*
At coniuncto lesto carpit securæ quietem.
Ille etenim latus spolis, & cæde ferarum,

I 4

Fert

Fert se nocte domum; carosque penates
Inuisit, tenerisq; diu complexibus hæret.

Infelix, quam pastor amat, cui flumina cordi,
Et nemorum dulces umbræ; qui montibus cœum
Exigit, aut conuale caua, lensusq; sub umbra
Populea pecudum numeros, & signa recenset:
Et modo pascit oves: viridi modo ludit in herba
Agrestem calamis mysam: modo dicit ad alta
Flumina iam saturos herbosa in valle iuencos.
Expectat tamen hunc consueto in lirine coniunx;
Et lassum amplexu molli fouet: ille sub altis
Claudit oves stabulis: dapibusq; epulatur ad undam.
Fluminis, aut viridi in luco, qua murmurat unda
Frondentem subter pinum, siluanq; comantem.

Est tamen ante alias infelix, quam vagus vrit
Nauita: nam seu frigus habet terrasq; fretumq;,
Seu floret ver purpureum, seu messor in agris
Maturas segetes tondet, seu colligit vuas
Vinitor, ille tamen latus tenet aquora puppi;
Miraturq; nouas alio sub cardine terras:
Littoris capiturg; locis: & gaudet ab alto
Prospiciens humiles terras, atque inuia Nerei
Regna, leuesq; maris volitare per aquora puppes;
Oblitus patriam, & dilecta coniugis ora.

Quām ferus ille, minas pelagi qui primus, & atro
Turbine commotum spreuit mare: sequè procellis
Miscerit: hunc Libyca genitum de stirpe leona
Crediderim, Stygioque genus deducere ab Orco.
Quid profunt mihi coralii? & tua munera quondam
Hesperio deuicta sinu, quaque altus in aquor
Se mergit latè Ganges, ubi plurima toto
Littore gemma micat vario perfusa colore?

Immitis

Immitis Bitia saeva aquora semper amabis,
Et varios pelagi casus? iam vertitur aëtus
Altera, nec curas patrios inuiscere portus.
Care redi, care ò Bitia: te te tua coniunx
§ Exoptat; redditusq; tuos expectat in horas.
Nam mihi amara dies sine te, lacrymosaq; nox est.

Vestis acu te piæta manet, quam flexilis ambit
Limbus: & intextis circum nitet alba figuris.
Cernere erit fluitantem undis ab Apolline Delum,
IO Firmatam, que prima altis emerit ab undis:
Ut primum pater omnipotens subsidere pontum
Iussit, & immisso nimbos Aquilone remouit.
Illic aspicies intacta per aquora puppim
Deneclam, & Scythici tendentem ad Phasisis oras.
15 Puppe sedet procerum princeps, & ductor Iason.

Hunc iuxta Agniades clavum regit, & vigil auræ
Explorat; caloque notat radiantia signa.
In medio ratis Alcides sedet arduus: omnesq;
Arginos toruo proceres supereminet ore.

20 Hic Argus, Telamonq;, & vates inclitus Idmon.
Quos inter cithara aurata dum personat Orpheus
Astrorum primos ortus, & semina rerum,
Et mare seclusum terris, & ab aethere cœlum:
Subsidunt pelagi fluctus, & euntibus aure

25 Aspirant; mitisque fauet Deus aquoris alti.
Proximus his Polyphemus adeſt, qui summa paræcis
Per freta Neptuni pedes incedebat, & auræ
Aequabat rapido cursu, volucresq; sagittas:
Tbreiciq; in medio Procerum stant agmine fratres

30 Alipedes, quibus albentes caua tempora pennæ
Attollunt seſe circum: quibus aëra magnum,
Nubilaq; alta ſecant rapidi, caloque feruntur:

I S Cerulei

*Cerulei per colla fluunt, per pectora crimes:
Dependent pharetra, curuataque taxus in arcum
Ex humeris, lateri Ismarius sine cuspide mucra
Effulget, late bullis ornatus, & auro.
Hic Peleum, Tydeumque, & fortē Castora cernes,* 5
*Pollucemque simul, quos uno candida partu
Leda tulit, quorum contendere castib⁹ alter,
Alter equos domitare bonus, vel vincere cursū.
Quae radiant capiti galæ, flammisque coruscant;
Ardentes stellarum apices argentea velant* 10
*Tempora, & aurato rutilat de vertice fulgor.
Ast alij inga longa tenent, puppemq; patentem.
Ipsa, Argo ventis intacta per aquora fertur,
Quam circum exultant Nymphae: miratur & omnis.
Neptuni chorus Heroas, radiantia longe* 15
*Arma Dacum, fulvoque ratem proscindere rostro,
Ignōtum (ut fama est) miseriis mortalibus aquor.
Parte alia stupet aquoreis Neptunus in undis,
Miratus molem insuetam, & data carbasa ventus:
Attoniūsque haurit strepitum; dum marmorā remis* 20
*Pulsa fecant magni Heroes: dum remige fortis
Cyaneas superant cautes, & inhos pūta ponti
Aequora, & optato se tandem littore sīstunt.
Omnia que Antileon patruus mili retulit olim;
Dum mecum sedet ad littus; curāsque relicta* 25
*Colloquio lenat, atque inopem solatur: & una
Exorat multis Nereia numina donis.
Pergebat memorare suas malesana dolores
Limniace: sed sol illam decidere surgens* 30
*Admonuit, namq; ille noua iam luce supremos
Spargebat solita montes; passimq; sub ipso
Lumine splendebat tremulum mare: flabra vocabant*
Perfusos

*Perfusos somno vicino in littore nautas.
Hec postquam de more preces pro coniuge fudit
Cælicolis, lacrymans sese ad sua tecta recepit.*

Idas, Menephron, Pharon.

*I L I A C O S iuxta fines, littusque repositum
10 Stagnantis pelagi locus est, ubi cornua longe
Exiollit præceps Simois, magnoque fragosus
Vndarum strepitū latè se effundit in aquor
Sigillum, Xanthi immixto violentior amne.
Hic ubi silua viret, miseriis sat cognita nautis,* 15
*Præcipue Libycis ventus quum surgit ab oris,
Et totum innuoluit rapidis mare fluctibus: & quum
Nigrantes posuere Noti, & tumida vnda quietuit.
Hunc lati, incolusque locum tenuere Menephron
Arcas, Erythræiisque Pharon, & Lebius Idas,
Idas remigij rectōr, quo tuitor alter* 20
*Non lustrat freta vasta: Pharon quem temnere vētos,
Venturāsque hiemes pelago experientia longa
Edocuit, voce insignis, calamusque Menephron
Et pelagi lustrare vias, & temnere ventos.
25 Hic pastor fuit Arcadiæ, natusque Lycæi
In silvis, cantique, & clarus arundine, sed nunc
Nauita, & Ionij tota notissimus vnda.
Ast alij subeunt luco; quo densior horret
Umbræ loco: qua sol radianti lumine nunquam.* 30
*Discutit eternas umbras; passimque per herbam
Dant sese somno impavidæ: tunc maximus Idas
Prospectans socios placidè est ita farier orsus.*

*Has inter nemorum frondes leuis aura Menephron
Dum crepitat, morsuq; tenax tenet anchora puppes,
Et nos incolumes Phrygium Simoenta tenemus:
Villa nec ad littus placidi maris insonat vnda:
Nos iuuet ingenti fessos succedere queru,
Quia virides pandit ramos, & frondea densas
Ramorum tenebras umbroso vertice texit:
Atque refer promissa diu iam carmina nobis.
Quid dubitas? omnes portum subiere biremes
Phorbantis consanguinei: nam scua per aquor
Paulatim descuit hiems, dextrumq; petiuit
Littus, & Aegeas stridens properauit ad oras:
Et portum intravit seruata puppe Phylomon.
M E N. Sic equidem volueba animo, celeres licet Austris.
Urgent, agerentq; rates Phorbantis in altum
Aequor, ubi horrisonis sumabant saxa sub vndis.
Sed vestros exhibete animos: ego carmina vobis
Iam promissa canam: nubes dum spiritus altus
Surgentis Boreae calo fugat, hasq; per umbras
Aspirant tenues anima: tunc talia latus
Dicta Pharon ripa viridantis ab aggere fudit.*

*P H A. Quem toties ponti viderunt numina cantis.
Mulcentem Phocas, & secum mille trahentem
Monstra maris, calamos manibus cape magne Mene-
Et dignu Phœbo carmen meditare sub umbra. (phron 25
Nautica tunc querulis intendere carmina neruis
Incipit; atq; oculos inimica ad littora torsit.
M E N. Has olim pelagi fatis Leander inquis
Debitus intrabat nullo cum remige fauces:
Quem nunquam nantem vidit Titonia coniunx
Exoriens, non Solis equi; pulcherrima tantum
Confexit Phœbe, peteret dum littora Sestii.*

5

10

15

20

30

Ille

*Ille etenim infelix picea sub nocte sub vndis
Occubuit superante salo; tumidum mare vexit
Aetherea iam luce carens ad littora corpus:
Qua lychnum seruans Hero monstrabat amanti
5 Obscura sub nocte viam: miser ille iacebat
Exanimis: sed amans tam duri nescia casus,
Sollicitat tacitis Neptunia numina votis.
Luciferum qua prima velis; qua lumina mundo
Prima refers nitidi velox prænuncia Solis,
10 Tu Dea dic: vidisti etenim, dum lutea calo
Effulges, spargisq; ferum mare luce recenti,
Sub lucem morientem Hero, Dea candida pande,
Olli quis sensus; pelago dum fundere lumen
Te vidit, tremulumq; noua mare fulgere luce:
15 Nec vidit de more suum prope littus amantem.
Illa oculos circum voluens iam pallida, & amens,
Nocturnaq; biemis memor, imperterrita turrim.
Ascendit, iam certa mori: vix lumina circum
Voluerat, aere & prope limina turris amantem
20 Quum vidit lacerum scopulis, fluctuq; tumenti.
Tunc chlamyde exanimata scidit; tunc marmora questu
Impleuit, scq; è turri deiecit ab alta
Cum sonitu; moriensq; suum complexa maritum est.
Infelix puer, amplexu tua te tenet Hero
25 Extinctum, lacerumq; simul vos per Styga vexit
Cerula cymba: simul vos fortunata nitentis
Elysiq; nemora incolitis, gelidosq; recessus.
Indomitum mare, cui nomen miscrabilis Helle
Inuisum nautis posuit; dum per freta longa
30 Effugeret se aq; minas, iramque nouerca.
Hanc ingens timor arripiuit; quum surgere pontum
Vidit; & aquoreis mediani se affexit in vndis;
Confestim*

*Confessim: collapsa manu radiantia terga
Liquit; & infido fecit noua nomina ponto.*

*Quid referā? ut Thetis alma choro comitāte sororū
Fuderit ingentes hoc ipso in littore questus;
Et tristi extinctum fato deflerit Achillem.*

*Hoc etiam rapidis dirum mare fluctibus Idam
Oppressit Ligurem: primus qui regna Cipange,
Et Cube, Pariosq; sinu penetrauit, & oras
Cannibalum, & Cancri positas sub sidere terras.
Ah miser, assidue quem non potuere procellæ
Ignoti mari Oceani submergere, dum tu
Perquiris noua regna, nouisque inuadere fines
Cannibalum nouus ardor habet, te mersit Abydi,
Ut perhibent, grauis unda; ratesq; illasit arenae.
Nereides totis flerunt tua funera Nymphae
Aequoribus, fleuit domitor maris, & tua fata
Aspera deflerunt moesti per littora Nautæ:
Quin etiam (si vera Ligur mihi retulit Acton)
Infremuit mare Tyrrhenum: & Neptunus ab undis
Emisit rugrantem hiemem, & fera corruit alio
Tempestatem demissa Polo: celer astitit Eurus;
Deprensasq; rates Tyrrheno in gurgite adegit
In scopulos, syrtesq; graui incumbente procella.*

*Dum canit, Euxinique natans sub fluctibus audit
Tritonum chorus omnis, eumq; immensa fluenta
Cantantem audiueret, vagæ Oceanitides ultro
Oblita choreas stratum plausere per aquor.*

N A V T I C A . V.

Medon, Lycabas.

M E D. O Lycaba, que Tyrrheno modò littore vidi,
Dum nitidus mane exoriens lata aquora Titan

Auratis

*Auratis spargit radis, & lampade luſtrat:
Et late nudum Alcyones, natosque reuijunt.*

L I C. Dic age, dic mi care Medon, dum nos mare
nautas

5 *Placatum tenet, & placidis freta verrimus undis.
M E D. Dicā equidem, fas sit quæcumq; audita referre;
Et que nascentis Phœbi sub imagine vidi.*

*Et possem pelagi populos, Neptuniaque arua,
Aequoreosq; Deos memorare, & latas sub undis*

10 *Pascua, & Oceani subter vaga flumina rupes,
Quóque modo, quibus insidias, qua ve arte latentes
Aequore sub vajfo posset quis fallere pisces.
Namq; ego, dum placidis etas floreret ab annis,
Tyrrhenum agnoui Buten, quem fama ferebat*

15 *Horribiles solitum laqueis innecle Phocas.
Hunc olim Clymene miro dilexit amore,
Et subter pelagi sedes deduxit, & omnes
Scire dolos, artesq; dedit, queis retia ponto
Tenderet, aut longa captaret arundine pisces.*

20 *Hic mibi sepe sedens pelagi memorabat ad undam.
Nominaque, & mores gentis, formamq; genusq;,
Et bella inter se nostrarum more ferarum.*

*Nunc vero o Lycaba, sat erit Tritona canentem
Audisse, & Diuū curas ad littus inanes,*

25 *Flebilibusq; suos referentem cantibus ignes.
Ingens Circæi species est prope marmoris oram:
Quem passim errantes edera, & viburna corymbis
Nexa tegunt; fons erumpit de vertice, & undis
Tyrrhenus seſe immergit per leuia saxa,*

30 *Dum sequitur Triton fugientem cerula circum:
Euryomen, viridi hoc fessus se condidit antro:
Cui vaga caſaries per squamea colla fluebat,*

Glaucas.

Glaucaque sub viridi radiabant lumina fronte:
Os scissum, deformi, cauum, narésque recurue:
Delphinum inducerat cāudas, qua parte reflektit
Hispida crura, quibus toto regu aquore cursus.

Dumq; canit, commota unde, commotus & omnis
Tritonum chorus, & fera monstra latentia ponto:
Tunc Nymphæ, pelagi Nymphæ per summa natantes
Marmorata conueniunt Berœ, Dorisq; Eratoq;
Pulchra comas, atque ante alias dilecta parenti,
Amphinomeq; Thoeq; Alceaq; Glaucosomeq;
Coralysq; ornata Ephyre, collumque manusque,
Et rosè suffusa genas Arethusa colore.

Cantabat Tethyn, rerumq; Deumq; parentem,
Oceanum: utq; ille ab herei spatiis ardua cali,
Ut Solem, Lunęq; globum, voluentaque astra
Ediderit, nitidumque diem, noctisque tenebras:
Terramque, montesque super firmauerit altos:
Vnde tot irrigui fontes, unde alta fluenta,
Vnde lacus latè liquidi, & tumida aquora surgant.
His iungit natas Ideo in vertice pinus
Nympharum infaciem liquidum iam nare per aquor:
Nec non audaces Tyrrheno in gurgite nautas
Delphinum in toruos vultus ut verterit Euan.

Ille olim genitam (si vera est fama) Dionen
Efuma maris Oceani narrabat, & illam
Tendentem Paphias concha super aquora ad oras.
Neptunum imperio referebat cuncta regentem
Aequora, ceruleoque Deos: utque ille sub antris
Oceani incantam compresserit Amphitriten:
Felicemq; torum laudat. Tum Nerea centum
Progenuisse refert germana è Doride Nymphas.

Hinc Glaucum patrias linquentē Anthedonis oras,

Et

Et Scyllæ captum indigno solatur amore.

Infelix, ab quid Neptuni accumbere mensis
Te inuitat, aut mersis pelago succurrere nautis?
Si non villa quies animo est, si Scylla reliquit,
Examinem, meritas soluit Scylla impia pœnas:
Delitet illa etenim Siculis immersa sub vndis
Tot rapidos inter fluctus, & spumea saxa.

Ille etiam Europam cantabat Agenore natam,
Clamante in comites Nymphas, tergoque sedenterem
Candentis tauri Sidonia marmorata propter,
Et tauri cretam Cretæ ad littora dorso.

Protea subiungit vatem, magnique parentis
Hispida caruleis pascientem armenta sub vndis.

Tu canit, ut vitreose promat ab aquore Nymphæ,
Nymphæ maris Siculi magnum decus, & vocet Acis
Sectuntem canibus leporis, mox curua tenentem
Littora, & excipiat gremio; lassumq; recenti
Venatu fœnat: toruo quos lumine Cyclops
Proficiens partem montis dinellit: & Acis
Prosternit saxe, diuortia nota petentem.

Se maris inuenisse cauo sub gurgite concham
Iustat, & Aeolis ferro terebrasse sub antris;
Inq; flegam illius sonitu vertisse Gigantes
Oppositos, cali qui iam conieixa tenebant.

Tum demum ille suos cantu memorabat amores.
Eurynome immitis quo te sub gurgite nantem
Inueniam? tu me hoc pelagi tentare profundum
Cogis, & Oceani fines, atque inuia nautis:
Aequora, nec curas tantos ingrata labores.
Crudelis, tu me morientem ad flumina Nili
Vidisti toties, & opem mibi ferre negasti.
Me vocat absensem pulcherrima Laomedia:

K

Me

Me Chrysene, & Siculis degens Galatea sub undis
 Inuitant, nec non longis Panopea capillis.
 Ah demens, quem Saga manu ter gurgite mersit
 Oceani: Eois quum Sol decedit ab undis.
 Illa aspersa mari spuma ter vincula nodis
 Implicuit, ter voce Erebum, atque ignota vocavit
 Numinis, semianimum rapido me in vortice liquit:
 Per noctem iacui madida moribundus in alga:
 Huc ades loris inter scopulos, qua frangitur unda,
Qua dulces spirant aura: te munera nostra
 Expectant, manet Eois ditissima gemmis
 Concha ingens, quem cingit ebur, qua sustinet ingens
 Chrysolithus pedibus terpis, ansasq; Hyacinthus
 Circundat, viridi in partibus laevide, & auro.
Quid? quod est? q; quum Sole incanduit aquor,
 Hac tu nuda sedens nemo nisi ad littoris amnem
 Perfundes gelidit tua levia corpora lymphis.
 Muneraq; attulimus rubro quasita profundo,
 Atque electra diu croeo perfusa colore.
 Eurota extremo qua tendis in aquora cursu,
Quid tibi tunc animi est? num te felicior alter?
 Eurynome dum Nympha tuis sebe abluit undis,
 Dum scdet in ripa, somnos dum captat, & auras.
 O fortunati fluetus, quos littora Cretae
 Proficiunt; quibus illa suos consumere soles
 Sepe solet, comitumq; manu sociata sororum
 Instaurare choros Dicta per aquora, quum Sol
 Surgentem calo Taurum spectarit aperto:
 Ah quantum vestris longe disiungimur undis.
 Ut satis insanos cantu defleuit amores,
 Insouit concha curuato in littore circum:
 Eurynomenq; vocat: referunt causa littora circum

Eury-

5

10

15

20

25

30

Eurynomen: resonant Nympha lata equorā nomen.
 Tunc procul errantem fluitantia per freta Triton
 Eurynomen videt: & scopulo se mittit ab alto
 In mare: precipitiq; scat vada cœrulea cursu:
S Alque illam rapido sinuosa per aquora motu
 Persequitur: fugit illa alta turbata per undas,
 Et celerans Nerei sebe patris abdidit antris.

Leucon, Telon.

S u b Veris tepidos soles, quum Taurus Olympo
 Conspicitur; viridesq; comas nemus induit, & quum
 15 Surgit ab occasu Zephyrus, desuetaq; ponto
 In mare vela vocat; pelagi nec territus horret
 Nauta minas; sed longa leui petit aquora cymba;
 Sulcabat Sicus Libycum mare nauita Leucon.
 At vero radit dum classe Libystrandis ora
 20 Littora; qua sebe diffundit Bagrada in aquor
 Immensum; sic puppe Telon puer infit ab alta:
 T E L O N. 'Dum lenes spirant aura: faciesq; profundis;
 Et Veris, caliq; inuitant tendere nautas
 Vela, nec ullo agimus per cœrulea remige puppem;
 25 Dic precor, opportuna habeant que tempora nautas;
 Qui trahibus freta salsa secant: dic noxia signa;
 Turbato cum tempestas tenebrosa profundo
 Incubat; & latè pelago ruit. Auster aquosis
 Flatis, & gemini resplendent ignibus axes:
 30 Ut possim vitare Notos, hiemesq; futuras.
 Nam primo tua me parti soror edidit Aegle
 Ex Lycaba genitore; colit qui littora Tapso.

K 2

Et

Et licet indigenas inter sim primus, & agris
Diues: at ipse tamen per tot maris aquora solum
Te sequor, oblitus patriam, carosque parentes.
Tunc Lencon vultum lacrymis humectat oboris
Letitia: ut gratum hunc animum cognovit alumni; 5
Atque sedens transbris, inquit; L E V . Puer optime
Succedes post fata mea: nam nulla virilis (rebus
Progenies superest nobis, nec filii seruat
Ulla domum, aut positos colles prope saxa Pelori.

Est felix qui vertit humum, quique incolit urbes,
Castraque qui sequitur: sed fortunatus & ille
Est mage: qui tantum stellas, atq; iniuiare regna,
Et sparsas pelago terras, & littora vidit.
Sed que conueniant verrentibus aquora Nautis
Tempora, nil certum est nobis: namq; illicet Austri
Attollunt sublime rates: nec surgere contra
Ventorum attoniti strepitum, pelagiisque fragore
Sufficimus: teneat campos in luce liquentes
Quamuis clara dies: nec aquosi sidera Piscis
Se nigro ostentent calo: pluviisque minentur:
Difficile est pelagi infidias vitare, dolosque.
Facatio ne fide mari: vagi flabria, facisque
Noctuagis cali, ventosaque murmura serua:
Et parce infidis vltro te credere ventis.

Vere noio magis arua tamen Neptunia Nautae
Ire per ampla solent. flauos adit ille Britannos:
Hic legit Adriacosque sinus, Tyrrenhaque ponti
Littora; & ad Ligurum flectit caua linteas sedes:
Atque alius merces secum vehit, & petit urbem.
Per maria alta Rhodon; ponti securus, & Austri:
Alter Idumeas proram conuertit ad oras,
Et prore imponit veteri de more coronas

Floribus

Floribus intextas varijs: it per mare puppis
Purpureum: & pandit Zephyris spirantibus altas
Antennarum alas: rapidoque per aquora cursu
Non aliter volat, ac liquidum per inane volucris.
5 Non alio instruntas deducit in aquora classes
Tempore Nauta Ligur: quam quum se induit arbos
In florem; vestit q; nouo se gramine tellus.
Quum Taurus celo rutillat: secumq; reducit
Optatos Nautis Zephyros, pelagoque quietem.
10 Non ne vides, maris ut facies sit Vere tepenti
Latior; & celi p affim sit purior aura:
Vtq; caput tollat placata per aquora Triton:
Agmineq; incinctus Delphinum ludat in undis,
Et Nautas comitetur: & abdit a regna relinquant
15 Nereides: properentq; choro se addere Phorci.
Vtq; cateruatum molles ferat monstra per aquor
Tranquillum ducant choreas, quas ordine Glaucus,
Cui data cura, locat: tunc non ratis vlla tenebit.
Fluminis aut ripam, aut patrios me iudice portus.
20 Soluere vela etiam pulso iam Vere licebit:
Tutor ipse tamen condet se Nauta portu,
Quum canis arua coquit: pelago quin flamina cessant;
Et calor aereus nautarum corpora soluit.
Quin aestate rates initadit barbarus Afer,
25 Raptor & Euboicus: qui strata per aquora currunt,
Neptuniq; tenent vada latu: alacresq; profundum
Pernolitant: ineuntq; nouas per marmora pugnas:
Vere magis mare sollicitant; & quum legit vias
Rusticus, eratis proscindunt aquora rostris.
30 Cerula vela ferunt malo suspensa feroce.
Barcae, Caresq; dolo: pinguntq; colore
Ceruleo antennam, malum, funesq; ratemq;:

K 3

Quin

*Quin etiam se ceruleo velamine velant:
Atq; improviso vexant sub sole biremes:
Nam color hic pelago est similis, cæloq; sereno;
Cernere nec puppim facile est procul alta secantem:
Nec certum natet an abies, an sit maris vnda.
Sint primum naues velis, & remige, & armis
Instrutæ: ut possint propellere puppibus hostem
Instantem à tergo, aut infesto marte ruentem.
Ne dubita, ratibus cedet victoria nostris:
Tu modo supplicibus supera Neptunia votis
Numina, Nereidumq; choros: seu linquis amata
Littora; seu remeas seruata nauem penates.
Sed non Adriacum pelagus, non littora prædo
Inuadit: puppis tutum mare regia seruat
Magnorum puppis Venetum: qua finibus omnes
Arcet Carpathios armatis nauibus hostes.*

*Autumno veniente, rubent dum poma, tenetq;
Rhetica purpureos in aperto colle racemos;
Et canis Erigones, & lux astiuare recessit:
Carbasæ tunc tendant Zephyri; signa humida donec
Consurgant Hyades calo, maris undaque fluctu
Littoris extremas hiberno verberet oras.
Vela sub Autumnum ventis dedit, orbe relicto
Hesperio, Ligur egregia de stirpe Columbus:
Armauit ternasque rates, & classe retexit
Hac tempestate ignotum mortalibus orbem.
Linquebant olim veteres sua littora nunquam,
Nec liquidum currebat iter caua pinus aperto
Aequore: sed patrios portus secura tenebat:
Dum glacie frenaret biems torpentia Rheni
Flumina, montanosq; lacus, positaq; paludes
Vallibus, & tegeret montes nix alta supremos.*

Sed

5

10

15

20

25

30

*Sed quis nunc rapidum Boream? turbat àque ponti
Marmoræ? surgentisq; hiemem timet Orionis?
Ah miseri, quos talis habet furor, ille carinam
Impavidus subigit remis, sed pulsus ab Austro
5 In scopulos, frustra auxilium, frustra in sua Diuos
Vota vocat, madida moriens infletus arena.
Et qui non surgente Noto; quum Pléias inter
Sidera conficitur; vel quum maris astuat æquor;
Nauigat, aut motos horret sub marmore fluctus:
10 Hunc Nauta ignavumq; vocant, timidumq; nec
vnda
Ionij maris assuetum, nec Syrtibus ullis.
Nec te adeo moueant tot crebra pericula ponti,
Nec madidus veniens Libycis de partibus Auster.
15 Nam qui frondentes subter dia ocia filias
Pastor agit, vel qui ferro terram domat, aut qui
Tot populos regit Aurora, vel Beticæ regna,
Non mortem effugiant. cunctis mortalibus horam
Inuisam, fatiq; diem denunciat ore
20 Terrifico diri coniunx saevisima Ditis.
Quin etiam in castris, & qui prima agmina ducunt,
Quique acies cogunt extremas, sapientis armis
Conseruere manum, & fusas videre phalanges:
Non tamen occubuere, nec ullis vulnera membris
25 Accepere: suos sed quum rediere penates:
Hos aliquis gladio incantos superauit acuto.
Nec proferre solent instantia fata sorores
Tergeminæ: quum summa dies, extremus & avi
Terminus, horrendaq; necis meta ultima venit.
30 Quid dicam? quum Nauta domum reddit: ipse penates
Sparsose cæde virum, primi sub tempora somni
Inuenit, aut cernit iam cassos lumine fratres,*

K 4

Amis.

*Amissumq; patrem deflent, inopinaque nati
Funera marentes una cum matre sorores,
Vicinacj₃ domus luctu miscentur amaro.
Non letho hos domuit Mauors: non fœda profundi
Tempestas mersit pelago, aut notus impiger egit
In scopulos, turboque ruens hos dispergit undis.
Sed tamen ipse meis tu non terrebere dictis.
Ars etenim secum fert commoda plurima vita:*

*Annosam vagus etatem nam nauita viuit;
Nec longo languet morbo: licet unda clientum
Non adgit, dulcisque epulas, atque aurea mensis
Pocula non ponant virgata in ueste ministri.
Nec myrrham casta, atque apio Phœbeus Iapis
Miscat; & lapsum compescat ad offa dolorem.
Nec sit, qui Danaum mensis fira bella remotis,
Aduentumque canat Phrygij ductoris ad oras
Ausoniae, aut casum deserta dicit Elise.
Non rumpit placidos nautis cura anxia somnos.
Illum non litui, non terror Martius urget:
Non patrio aduentare procul de vertice recti
Prospicit armatas ad mania cara phalanges:
Sed pelagi immensis tractus metitur: & vrbes
Littoreas, portuq; videt: pariemque peragrat
Oceani, atque alio gentes sub Sole repostas:
Gaudet & inuentis Cancri sub sidere regnis.
Fert & ad Ausonias, & regna Aegyptia merces,
Quas Cuba, quas Cannibalum deuexit ab oris:
Oraque, & ignotos habitus miratur, & arma
Bellantum; & penitus diuersa animalia nostris
Qua lucibus pelagoque natant; queq; abdita siluis
Lustra colunt: & que volitant per inania celi.
Sepe & ad Eoas gentes, & ad aquora, qua Sol*

Occidit:

5

10

15

20

25

*Occidit: aut Boreæ qua spirat flatus ab alto
Vertice, & oppositum Libye defertur ad axem.
Expiraque animam non gemmas inter, & auri
Pondera: sed natos inter, & amat a nepotum
§ Pignora, amicorumq; manus tenet, improba donec
Mors tacito pede subrepatur, somnoque resoluatur
Acerino annexos iam laeti corporis artus.
Sed si stellarum cursus seruabis, & auras,
Et subter mare murmur aquæ pelagiq; fragorem
10 E scopulis, & quum tendunt ad littora mergi,
Non te deprendet turbo violentus in undis.
Omnia quæ dilecte Telon tibi tempus, & atas
Monstrabit, liquidum marmor si puppe tenebis.
Tempora dum senior pelagi secura referre
15 Prosequitur, queis nauigio puer aquora posset
Currere, que ve hiemem protendant sidera narrat,
A dextra aëri prospexit saxa Pelori:
Et patrios longè montes, finemq; loquendi
Ore dedit, socij procurua puppis habenas
20 Defleunt, prorámque optata ad littora vertunt:
Quum iam nox umbra terras, calumq; teneret.*

N A V T I C A . V I I .

25 Arge, Telefilla.

*Alcimede, Phrygijq; nurus Telefilla. Mimantis,
Et Siculi Teleontis amor iam nubilis Arge
Tanarias iter ad fauces prope curua tenebant
30 Littora, qua patrio surgunt de marmore templo
Tanario sacrata Ioui, cui maximus aras
Tingit odoratas nigranti tergere taurus.*

K 5

IIIa

*Illa ubi pro caris soluerunt debita vota
Coniugibus, quos Neptunus seruarat ab undis
Ionijs, secuere viam: qua littus amaros
Contingit pelagi nemoroſo tramite fluctus.
Tunc Arge socias sic eſt affata silentes.*

*O comites, quas à teneris ego ſemper amauī,
Et quibus ipſa meos nudauī ſemper amores:
Me miferam tenet alter amor; animoq; recuſat
Cura recens; vrunt q; graues præcordia flammæ.
Nam patrijs notus paſtor Melibœus in oris,
Taygeti cui mille greges paſcuntur in altis
Verticibus, totidemq; imis in vallibus agna:
Affidui poscit precibus connubia noſtra.
Hunc magna quum ſacra Pali ſolennia ferrent
Paſtores, templi ante fores mihi Niſa ſedentem
Monſtrauit forma egregium, & iuuenilibus annis.
Iſque ubi me Lycide tendentem ad paſcuā vidit,
Palluit; erubuit q; ſimul; comites q; reliquit:
Et nos à tergo eſt per florea prata ſecutus.
Mecum erat Alcidice ſoror, & noua nupta Thoantis. 20
Quid dicam: mifer ille dies, nocteſque ſub umbras
Vicini nemoris ſolus ſpatiatur: & omnem
Oblitus pecoris curam, me obſeruat euntem
Luce noua ad Coriti fontes; & nocte paternam
Ante domum veniente ſedet ſic proxima noſtris
Culminibus mihi nuper anus Lyneſia dixit.
Nunc Teleon meuſ ignis abeft, qui per uada ponit
Armatos Lycia pedites Orientis ad oras
Vexit; & in patriam redditum rettulit Agmon,
Transierint concreta gelu quum frigora brume.
Uos teſtes, quæ dona mihi pulcherrima dudum
Attulerit, quum Sidonijs renzeaſſet ab oris.*

5

10

15

25

30

Quin

*Quin noſtri memor extremo mihi munera miſit
Leſta mari, que Threicius puer attulit Hamon.
Sed tantum non dona mouent, quantum ipſa iugali
In thalamo moror, & dulci Teleontis amore.*

*5 Quid faceres Teleſilla? premunt hinc munera amatis,
Atque amor, & cara toties promissa parentis.
Parte alia (ut verum fatear) Melibœus amari
Dignus & hic, cui multa ſoli ſunt iugera: quique
Me ſolam (ni fallor) amat: cui gratus in ore
10 Eſt color, intonſumq; caput: nec lumina leui
Fronte notant agreftem animum: licet inter opaca
Taygeti iuga ſit genitus, latasque canendo
Inter oues primos florens expleuerit annos.
Tunc Teleſilla refert. TELES. Anima mihi carior Arge,*

*15 Quis Diuūm cuicunq; velis te poſſe iugali
Connubio ſociare vetat Teleonte relicto?
Exanimum huic pelagi turbata per aquora forſan
Fluctus habet, ventiq; truces morientia verſant
Corpora per rapidos fluctus, percuffaque fluctu
20 Littora, dum votis ſuperos veneraris in aſta,
Nec data ſepe tua ſine te promiſſa parentis
Villa mouent; tu ſola etenim connubia firmas.
Ipſa ego quo mala ſum noctes perpeſſa, dies q;
(Annus enim tum me bis ſenius ceperat Arge)*

*25 Ex quo ſum naua tedaſ experta mariti.
Quis neſcit: meus Hippocoon nunc tendit ad ortus,
Et modo ad occaſum Solis, modo torquet ad oras
Cannibalum longos immensa per aquora cursus.
Quum uero in patriam redijt, naualia primus
30 Arma parat; reficit q; ratem; & languentia curat
Corpora: ſed quum iam Zephyri leuis aura per aquor
Auditur, tranquilla tenet trabe marmor ap rimus.*

Semper

Semper a nat se se surgenti opponere fluctus,
Ignotusque maris gaudet penetrare recessus:
Tantus amor pelagi, tunc me sine coniuge soles
Aestu, longeque, hiemis sine coniuge noctes
In tenebris mersam aspiciunt: nec singere crinem; • 5
Ceruleave licet, niveave inuisere pallia
Solemnes Superum ritus, vel proxima nostro
Templa mari: miseram tantus grauis urget amaror.

*Quin etiam mersaque rates, submersaque ponto
Corpora sepe virum si quis nouus aduenia narrat:* 10
*Pel quocties calo stridunt venti, aut mare ventis
Tollitur, & gemitus pelagi late insonat Euro,
Offa quatuor toties gelidus tremor, oraque pallent
Frigore, & assidius membris se se implicat horror.*

*Quid prodest, si rara domum fert munera coniuncte 15
Oceani deueta sinu? qua concolor auro
Sol oriens se se Eois attollit ab undis;
Et varios memoret ritus, inuentaque nuper
Tot maria, & nostris incognita sidera nautis.*

*Alcimede dic cara comes (nam te quoque versat
Sors eadem) dic, nonne tuus Chorineus Acarnan
Et Phlegyas, pelagi, minis assuetus Helenor,
Et Tegeaeus Eryx Libys occubuere profundo?* 20

*Sed miseram dolor angit: habet nam pignora secum
Hippocoon, maria alta docet qua currere, & alti
Noscere signa poli, ventosque, & inhospita ponti
Aequora, tranquillosque dies, hiemisque futuras.
Quid tum? si patrias artes vorat unda retortis
Vorticibus, natosque simul, nec pignora matri
Flere licet; nec iam pelagi moritura sub undis
Cernere; nec tumulo cineres decorare recenti.* 25

Quare age, connubio iuuenem coniunge volentem,

Cui

*Cui tot olitiferi colles, tot pacua, totque
Taygeti inga celsa greges, armentaque pacunt.*

*Tu gelidos inter saltus, silvasque, sporem
Sepe leuem secura petes: nunc leta recumbes
Coniugis in gremio, viridi vel in ilicis umbra,
Gramineove toro, vitreus qua fundit in aquor
Eurotas virides inter vagis flumina lauros.
Ille siros latus patriis in saltibus ignes
Nunc tenui stipula, dulci modo carmine ludet:
10 Et circum vos parvus Atys, Meliboeaque, & Aegle;
Atque alij, quos sepe iuuat frondente sub umbra,
Et calamis certare, & agresti dicere Musa,
Astabunt, totosque dies per carmina condent.
Impulit his animum diltis Telephilla labantem,*

*15 Seuit & ardentes accensa in virgine curas.
Illa alacris fert nota leues per littora gressus;
Suspansaque oculos ad summa cacumina torfit
Taygeti, qua diues agris, pecudumque, boumque,
Innumeris Meliboeus onus pascebait in umbra.*

20

Mygdon.

*25 Quvv m noctis tenebrosa polo decederet umbra,
Et maris infusa iam luce rubesceret aquor;
Aeolius Theron hand leta fronte sedebat,
Aufidus Adriacis nomen qua ponit in undis;
Et magni interitum nautae, casusque dolebat,*

*30 Quem punto Notus obruerat, pelagi, procellis
Miserat; & madida extinctum proiecerat alga.
Hic postquam tristes questus effudit ab alto*

Pectore,

Pectore; & est tumulum veteris complexus amici;
 Sic ait. Adriacum ad littus carissime Mygdon,
 Hoc tibi marentes nautæ struxere sepulchrum;
 Et patrio de more rogum posuere gementes.
 Te positum procul à patria, dulcique tuorum
 Complexu, lacrymisq; pijs, nunc se tua coniunx
 Lysimache flet scissa comam; flet scissa capillum
 Nijsoror, Meropeque parens; & tristia ducunt
 Funera Tyrrheni prope marmora nota profundit;
 Incenduntq; graues vicina ad littora lucus.
 Tyrrhenusq; Liger, nec non Oenotrius Agmon
 Hetruscis miser anda modis tua funera marent:
 Dædalion vocat ipse tuos ad littora manes.
 Præterea hos tumido fractos Aquilone rudentes,
 Cumq; gubernaclo suis erupta procellis
 Carbasæ, reliquias fractæ ratis Actius Orses
 Funereas iacit in flamas: mæstusq; recentem
 Ad tumulum mactat sacros Antæus honores:
 Extaque in aquoreas Alcanor porrigit undas.
 Ipse Acamas spargit veteri vada salsa Lyæo:
 Thuraque dat Steropes cincri, & tua facta recenset.
 Alcyones mæsta, trepidique per aquora mergi,
 Et mista coruis fulica certissima cantu
 Signa dedere suo: luctus preduxit acerbos
 Hos mihi, dum queritur gemitu prope littora delphin: 25
 Et gratos olim cantus non curat auena.
 Sapius & Triton media super aquora nocte
 Insonuit concha; Proteique armenta vicissim
 Nocturnos duxere choros: sonitumq; dedere
 Percussa ingentem magnis stridoribus unde.
 Mirabar strepitum insolitum, scopulosque sonantes,
 Perfractasque simul pulsata per aquora voces.

Hic

5

10

51

20

25

30

Hic solus nos edocuit, quo numinaritu
 Sint pelagi placanda; truci que viætima vento
 Conueniat, nigreque Hiemi, Zephyrisq; secundis.
 5 Cur vinclis antro frenet pater Aeolus Austris,
 Et picea rapidas cum tempestate procellas.
 Quique ratem primus venis, & linea vela
 Crediderit: remosque rudes, & nautica primus
 Arma rati addiderit, quis ve obseruarit Olympi
 Sidera; quum surgunt, vel quum se aequore condunt.
 10 Quis referet post hac, quæ noxia nubila ponto
 Immineant, vel signa oriens qua mittat Orion?
 Quidve ferat Sol exoriens, quem candida condire
 Nubila? quidve cadens rutilo denuntiet ore?
 Quis Nymphas post hac pelagi canet? aut quis amores
 15 Tritonum cantu referet pater optime Mygdon?
 Te quoties cantante choris siluere natantum
 Nereidum; quotiesque tuo Neptunia cantu
 Numa pacatum pelagi plausere per aequor;
 Visq; sunt toties dulcedine curua moueri
 20 Littora, seq; maris scopuli motare sub undis.
 Heu mortem inuisam; quot per loca proxima voces
 Effundo, totidem voces loca proxima reddunt:
 Et repetunt circum pulsæ tua nomina valles.
 At tu mute iaces, sociosque, & amata relinquis
 24 Lintea, & assiduo volitantem remige puppim.
 Sed quoniam fecere tuos me cernere Mygdon
 Fata obitus, tantumq; tua me morte dolorem
 Concipere, ingenti tristis tua funera luctu
 Prosequor, atque tuos supremo munere manes.
 30 Hac mæstus Theron pelagi memorabat ad undam,
 Mygdonam dum condit tumulo prope littora ponti:
 Qua celeri Adriacum cursu petit Ansidus aequor.

NAV-

*longus habet
signa.*

Periphas, Trasymenus, Acton.

Q V A Diomedæ tollunt se è rupibus arces,
Gargani iuxta scopulos; quos verberat undis
Adria; quum gelido Boreas volat afer ab axe,
Adriaciq; petit leuibus placida aquora pennis;
Oenotrius Periphas, Ligur & Trasymenus, & Acton
Illyricus nuper tumidis Aquilonibus acti
Appulerant; quum tristis hiems currentia sifst
Flumina; & aggeribus niueis iacet obruta tellus:
Tunc hiemis memor hæc puppi Trasymenus ab alta.
T R A. Nos, inquit, miseros per tanta pericula nautas
Ventoſi maris unda uehit: nunc aquora grando
Tundit; & aduersis nunc ſunt pulſata procellis
Littora; nosq; altis iactamur fluetibus: & nunc
Impingunt ſeffis ſcopulis vagæ flamina puppes.
Et ſi forte tenet portus ratis acta per aquor;
Aut frallos Aquilone legunt per marmorata contos;
Aut validis infructa Noiſis caua vela, vel alto
Gurgite, ſubmersos comites in littore deflent
Seruant nautæ ex ſcopulis, pelagoq; tumenti.
Tuc Periphas. F. E. R. I. Vasti hand equidæ Trasymene
Incertas maris eſſe vias; nec fidere quequam (negabo)
Posſe ſolo placidum ventis, & murmure rauco
Stet licet; & nullæ volentib; ſuper aquora nubes.
Sed ſi nauta notat cursus, ortusq; recentes
Stellarum; ac cali morem, pelagiq; vicifim
Murmura, ſpirantesq; Notos, aut carula Phœbi
Lumina, dum tremulo nitidum iubar aquore tollit:
Ille viam mariſ inuadet, tutusq; per alta

Aequora

Aequora vela dabit; puppemq; in littore ſifſet
Innocuam: ſed nos quanto magis unda reclamat
Ad littus; ſequitq; fretis plangentibus Auster;
Impanidi tanto magis aquora mota tenemus;
Siue hieme in media, ſeu quum Canis aſtifer alto
Effulget calo, & rapidis premit aquora flammis.
Occani tota Nautæ notissimus unda,
Nam ſenior, ſeſe pelagi non ſape periclis
Iactatum, aut Boream memorat, dum noxia feruas
10 Sidera, & errantes circum ſurgentia nubes
Lumina ſiderei Solis; qua signa licet ſint
Nota ſatis; nonnulla tamen memorare inuabit.
Nec minus aſtrorum feruabit nauita cursus,
Quam bonus incurvo dum terram exercet aratra
15 Agricola, & ſulcis vites, atque ordea terra
Committit; cantusq; anium non ſpernit, & ima
Exultans in valle pecus: queis flamina, & imbræ
Prædicti: cratesq; domum, & iuga panda reducit;
Seminaque, & ſeſe teſtis tenet: aſpera donec
20 Deſauit grando campis, atque impetus Aſtri.
Ille mihi præcepta dabat pulcherrima Nantes.
Imprimis Trasymene dies, duodenāque ferua
Sidera, perpetuo cali labentia curſu:
Nanq; Hædi madideq; Hyades ſe tempore condunt
25 Autumni, quorum ſunt noxia ſidera ponto,
Nimboſoq; diem contriftat ſidere ſurgens
Orion, nautasque ſimul, ſimul abdita ſilius
Umbris eris stagna alta, ſimul quoq; & hiſpida turbat
Monſtra mariſ, placidōq; tenetes marmore Nymphas;
30 Pleiadas ortuq; ſolo praedicere certum eſt
Indignas tempeſtates, & fulgura ponto.
Hi celeres aſtrorum ignes ſe tempore Veris

L

Oſtentant

Ostentant, atque Autumni se tempore condunt.
 Vere novo redunt iterum, quum Taurus Olympo
 Conficitur; tepidumq; aperit mortalibus annum.
 Sol etiam quum se fessum perfundit amaris
 Fluibus, & versò pelagi sub gurgite cursu
 Oceanis tollit aquis, si lumine puro
 Vestit humum, caliq; domos, Neptuniaque arua:
 Totus erit sine nube dics, si pallidus ora
 Exoritur; vel si picea se nube recondit;
 Vel nitido vultu geminos incluserit orbes:
 Aut pelago exoriens tenet se lumine tollit;
 Aut radix inter se coeunt caligine, nubesq;
 Oppositas certant immissa erumpere luce:
 Tunc passim saliet grando per transstra, forosque;
 Et tempestates Auster glomerabit aquosas.
 Igneus at fulgor si lucida texerit ora;
 Frustra contemnit ventos vada salsa furentes.
 Namq; Aquilo fremitu assurgens mare voluet, & undas
 Eriget ad celum, revolutaque per freta puppes
 In scopulos aget; aut violento in gurgite mergit:
 Et ratis euerso fluitabunt fragmina ponto.
 Si rutila Solem nubes, quum mergitur alto,
 Circumstant; circumque citè vaga lumina ludunt;
 Aut illum à tergo comitabitur aurea nubes:
 Expectent Nautæ Zephyros, & carbasa tendant.
 Ipsa etiam celo exoriens te luna docebit
 Tempore quo mare conueniat proscindere nautis:
 Nam se tollit quum primum luna coruscis
 Cornibus; & late rubro nitet ore per altum
 Aer hera; & incedit recto per inania cornu;
 Discordes magno confligent murmure venti.
 Si verò nebula nigro infuscatur anictu;

Postquam

5

10

15

20

25

30

Postquam se terno terris offendit ortu;
 Aut hanc tergeminus nigranti nube coronat
 Circulus: aut tenui collustrat lampade noctem;
 Feruere conspicias Euro maria alta furentis:
 Et ratis infestos ruptis compagibus imbres
 Accipiet; breibusq; vadis inflata recumbet:
 Nauta metu tumidis duplicabit vota sub undis.
 Lucida quin etiam ventos praedicere nantis
 Astra solent: quum pacato discurrere celo;
 Ac veluti volitare atra sub nocte videntur.
 Sidera quum verò pallent: nec turbida lumen
 Sidereum nubes hebetat, nec luna corusco
 Lumine; sed fulgent veluti perfusa nitenti
 Lampade surgentis Phœbi: tunc maximus imber
 Nubibus effundet se: pluviisque madefcent
 Carbasa: & oppositas torrentia flumina moles
 Euincident; secumq; auulis stirpibus alnos
 In vada salsa trahent: rupis se fornice condent
 Pastores; maestiq; gregem, atque armenta videbunt
 In mare turbatum ferri; nec ferre supremum
 Auxilium miseri poterunt. Si discolor Iris
 Apparet celo, quam duplex occupat arcus;
 Nuntiat instantes pluuias. Et si mare subter
 Auditur longe tacitus fragor; adfore ventos
 Admonet; & toto crepitabunt aquore nimbi.
 Si celo nubes (ceu lana vellera) nubes
 Sparguntur; vel condensæ facto agmine montes
 Condescidunt, ruet Austrino de vertice largus
 Imber aqua undanti mistus; sed si iuga linquunt
 Alta, petuntq; causas deuexo tramite valles,
 Procedent sine nube dies, sine turbine noctes.
 Quin etiæ Delphin scindens placida aquora rostro,

L 2

Obie-

Obiectansq; cauo rigidum sub gurgite dorsum,
Nimboſos hac parte Notos vocat. Et ſua signa
Dant ponto aquoreæ volucres: nam marmora linquunt;
Vicinumq; petunt littus, ſiccoque residunt
Littore, & ingeminant querulas per littora voces;
Quum mare miſceri nimbis, aut flamine norunt.

Tales ſunt pelagi nantes ſuper aquora mergi,
Et cornix, coruīq; gemunt quum marmora propter.

Quin fulica expectat pennis bipalentibus imbræ,
Aut tardo incedit gressu ceu triftis arena:
Et fragor, & murmur reſonant nigra aquora ſubter.

Sunt etiam paruae Alcyones, quas carula ſignis
Pluma notat rutilis, niueoque aſpersa colore:
Hædruo captant pifces ſuper aquora roſtro,
Letifer amque famem pellunt; & tempore brumæ
Suspendunt pelago(viſu mirabile) nidos:
Dumq; fouent natos, ponto non ingruit Auster,
Non pluiae, maris unda ſilet, ceu mitis in alta
Abdita valle palus: ſed maximus imminet imber,
Quum pandunt geminas in apricis cautibus alas:
Aut miſte fulicis ad ameni fluminis undam
Affiduo veteres renouant clamore dolores.

Tu verò memor hac imis Trasymene reponas
Sensibus, ipſe Thetin quoties tentare biremi
Puppe paras, tumidiq; maris te offerre periclis.

Quin etiam poſt pulſam hiemem ſolennia Diuina
Sacra refer, quibus eſt vasti gens credita ponti.

Lydius hec Periphæ caro memorabat alumno,
Dum pelago ſauiret hiems, atq; aſpera grando,
Nec ſeſe rapidis auderent credere ventis.

Teuthras.

Hanc etiam mihi Nereides concedere partem,
Quæ colitis mare purpureum, & regna humida Nerei.
Seu vos Carpathius diuino carmine vates
Detinet, & Diuum venientia fata recludit:
Seu vos per freta ſalſa choros agitatis ad amnem
Oceani; quum Vere nouofert carula grefſum
Oceani maris in thalamos Neptunia coniunx:
Et pelagi Nymphas, & amatam Dorida matrem
Inuiuit ſub casum hiemis: poſtquam aquora nauis
Dant venti tranquilla, furit neq; nigra profundo
Tempeſtas: ſed tutus arat trabe nauita pontum.
Uos & adeſte ſimul pelagi ſquamosa propago
Numina, dum deflet Teuthras Cretæ amores
Amiſſos, & nauigio freta carula verrit.
Ducebant noſtem iam ſidera: plenâque Phabo
Luna renidenti terras veſtibat amictu:
Clarâque nox paſſim radianti luce rubebat,
Ceu primo ſub Sole dies: quum dulcia Teuthras
Inuitus liquit dilecta littora Cretæ,
Et veſtus rate Cannibalum tendebat ad oras.
Ille dolens, curâque animum labefactus inani,
Accipit haud oculis noſtem: ſed moſtus acerbo
Diſceſſu, celeriq; fuga, ſe torquet amaris
Queſtitibus, & lacrymans mortem iam pallidus orat.
Mox ait. T E V. Heu qui me primis malus error ab
Abſtulit, & tenebris merſit stagnantis Auernis, annis
En velut exul agam, noctesque, diesq; per aquor:
Nec reducem patria ulterius me Creta videbis:

Hei mihi iam mentem eripuit dolor: & mea turgent
 Lumina iam fletu: virésq; in corpore torpent,
 Atque anima inualidos artus iam lassa relinquit.
 Heu quanto magis illius nunc torqucor igne,
 Me tanto magis in lacrymas iubet ire Cupido. 5
Quid mirum: magis ardet amans, quum littus amatū
 Deserit, atque nouas inuisere cogitur urbes.
 Ab quantum illa fuit crudelis, & improba, quum me
 Deseruit, miserisque sequi Stimiconis amores
 Ausa fuit, cui nulla domus, cui nulla supersunt
 Pascua, non villa pecudes, sed pascit Aminta
 Armenta ad ripas, qua spumeus errat Oaxes:
 Cuique color niger est, tristisque aspectus, & illam
 Detinet insignem facie: cui mollia colla
 Sunt niuei puro candore aquanda ligustris. 15
 Et licet ille rudi confusus arundine, valles,
 Ideumq; nemus resonet, tamen illa canentem
 Miratur, tollitq; rudes super ethera cantus.
 Ille meis fruitur donis, & dulcia misceret
 Oscula securus recubans: non amplius illa
 Me tenet in gremio, sed me, & mea munera temnit. 20
 Heu qui te miser, inde furor consumit, & omnem
 Abstulit bei misero mentem, exanimumque relinquist.
 O felix, quem sol oriens prospectat euentem.
 Cum greges in herbosos saltus, dum cantat amores
 Naiadum, pascitq; greges, & latus amantis
 Colloquio superis non inuidet: at petit annem
 Oceanii, immenso quum iam defessus Olymbo,
 Illum prospectat redeuntem in dulcia tecta.
 Mane nouo vocat in silvas: sed me tenet aequor, 25
 Sive calore graui premitur, sive frigore tellus.
 Ab saltet ad patrias mea corpora nanfraga sedes

Vnda

Vnda vebat, Leuca alta domus qua spectat in undas,
 Me forsitan gremio accipiet miserata iacentem:
 Nec roseis parcetque genis, tenuique capillo:
 Et lacrymas dabit interdum, dabit ocula rursus;
 5 Et lecto arsurum misero mactissima ponet,
 Et forsitan tumulum statuet, plenaque rubenti
 Flore manu cineres sparget: non illa sub alto
 Corde gerit rigidos silices, non effera Tigris
 Hanc genuit: qua ceruleus decurrat Araxes,
 10 Et mariis Hircani rapido pede fertur in undas.
Quid mirum: si me incautum, primaque iuuenta
 Vicit amor: qui sape Iouem, & caelestia vicit
 Numinia, caroleoque Deos, volucresq; ferasq;!
 Imperio nam regna tenet, quacunq; vagus Sol
 15 Aspicit, & tacitis accendit agrestia curis
 Armenta, indomitaque coquit corda aspera flamma.
 Indignans secum assuetas auerterit umbras,
 Fluminaque, & lenes somnos, & pascuataurus
 Errantem querens alta in conuale iuencam,
 20 Inuentaque dies totos sine gramine dicit,
 Atque illam sequitur, quoquo vestigia ponit:
 Bellaque sape mouet cara pro coniuge, & atmos
 Durat ad horribiles pugnas: nec vulnera vitat.
 Et pelagi fera monstra ineunt pro coniuge pugnas,
 25 Aequoreos subter cursus; vitaq; relinquunt
 Fluctibus in medijs: nam sape ego mortua vidi
 Corpora per placidos pelagi fluit antia tractus.
 Vere nouo, quum sauit Amor, cogitque natantum
 Omne genus ruere in furias, ignemq; sub altis
 30 Aequoribus: sed quis tua tela emissa Cupido
 (Quicis mortale genus crudeli interfici*sicutu*,)
 Det orqueste potest, & se defendere ab *ictu*?
 L 4 ab

Ah demens, ubi sum? suprema nefata propinquant?
 Non ita: namque iterum repetam Gortynia rura:
 Artemq; remosq; tibi Neptune reponam:
 Ideoq; petam saltus, ubi candida Leuce
 Lustra per, aut per aperta feras fugat aquora cursu:
 Aut lepores, iuga summa leues, patrosq; per agros
 Insequar, & parto donabo munere Leucen:
 Atque ibi iam venator apros venabor, & altis
 Suspendum ilicibus victor capita birta ferarum,
 Illa meos alta aspiciet de rupe labores.
 Quid dicam? forsitan nostri miserebitur ultrò:
 Vel poterit forsitan precibus mitescere nostris.
 Quid tum? si capta est Siculi Stimiconis amore?
 Ipse amor instabiles animos dat amantibus, illosq;
 Acribus inuoluit flammis: nunc subdita soluit
 Pectora, nunc renocat veteres in pectora curas.
 Dum Venus insano Martis flagraret amore,
 Optatos Mars sepe toros, & amata reuicit
 Hospitia: at postquam venantem vidit Adonin
 In siluis Venus ipsa, alias iam percipit ignes:
 Inuisumq; abolere cupit de pectore Martem.
 Successit noua cura Dea: Mars turbidus altas
 Strymonis incoluit ripas, Rhodopeiaque arua.
 Interdum Phrygij Anchise non immemor Idam
 Incolit alma Venus, molliq; in gramine dulcem.
 Inter & amplexus ducit malefana soporem:
 Quin etiam Phœbi soror Endymione reliquo
 Panafouet dulci amplexu: mox Panarelinquit,
 Et gremio Endymiona fouet miserata dolentem.
 Tunc Teuthras, qua ventus agit per carula
 puppim.
 Tendit iter: legit illa sinuus interrita Creta:

Monstrat

Monstrat enim Thetis alma viam, Panopeaq; furtim,
 Impulit errantem pelago, portuq; locauit.

A D I O A N N E M F R A N-
 C I S C U M G A M B A R A M, B R V-
 nori F. qui postea cooptatus fuit in numerum
 Cardinalium à Piô III. Pont. Max.

10 A D gratias olim sedes, qua diuidit urbem
 Romuleam; septemq; vetus terit Albula colles,
 Francisce; has tristes lacrymoso carmine curas
 Solabar: (non ipse tui tamen immemor, inter
 15 Euerfasq; domos, horrentiaq; arma, tubasq;)
 Dum colis antiquam Troiani Antenoris urbem;
 Et vigil euoluis sacra volumina legum.
 Quid facere? pauor intus erat non parvus in urbe;
 Et foris intrepidus quem fortis Iberia misit
 20 Miles erat, pictisq; potens Germanus in armis,
 Et Calaber confusus equo Romana tenebat
 Oppida, & umbrosum Fabarim. Tiburtiaq; arua.
 Ad Cremeram, Ciminiq; lacum, Tiberinaq; circum-
 Ostia, perque vias prado securus agebat
 25 Ingentes pradas, vel quum pater Heliadum Sol
 Mane rubet, vel quum surgentia deserit astra,
 Et maria, & tellus tenebris umbrantur oboris.
 Amisis pastor gregibus se mestus ad urbem
 Contulerat: captosq; boues lugebat arator:
 30 Et lentius, tristisq; canosub colle latibat;
 Tarpeia qua se tollunt saxa aspera rupis.
 Aeneade, nec non lecta cum plebe Senator

L 5 Roma-

Romanus, milesque tulit quem celsa Pyrene,
 Quiq; bibunt latices Clitumni, & curua Metauri
 Flumina, seruabant armis testa alta Quirini.
 Induerat desueta senex vetus arma, forumq;
 Liquerat: & populi tabularia clausa filebant.

Ad muros trepidus primo sub sole Sacerdos
 Tendebat; valloque urbem munibat, & alta
 Aggere: nec nisi nocte domum redeunte, redibat.
 Et matrum chorus, & sacra per templa ministra
 Thure vaporabant aras: precibusq; vocabant
 Aeternum celi Regem: ne linqueret urbem
 Inter tot rerum discrimina, totq; labores.

Tu vero, dum nos, valida ceu compede, vincitos
 Roma tenet; nec lege licet prohibente reuerti
 In patriam, lege que cecinit mea musa sub antris,
 Oceani visura Deas, atque hispida monstra,
 Regnaq; Neptuni; collumq; ornata rubenti
 Corallo, leuiq; comas adamante reuincta
 Miratur positas subter freta cerula sedes,
 Totq; inclusa cauis ingentia flumina saxis:
 Cui late assurgunt Nereides, & chorus omnis
 Tritonum, Phorcique Deam comitantur, & una
 Deducunt medium per regna incognita viuis.

Sed pelagi dum gaudet aquis, oblitus orores
 Aoniae Phœbūmque patrem, & loca nota Camæni
 Errant esque canit diuersa per equa nautas,
 Ante alias hoc ausa, tuo sub numine vatem
 Me tege, dum Mauors sumptis clypeo increpat armis;
 Et sauit Bellona solo Laurente, timorq;
 Ingeminat, nec longe absunt à manibus hostes.

F I N I S.

A P P R O B A T I O.

Carmina hæc imprimi poterunt, quia nihil aliud
 tractant quam laudes quoruad illustrium viro-
 rum, hortorum, & fontium. Auctum Bruxellæ hac
 23. Augusti.

Metsius.

P R I V I L E G I V M C A E S A R E V M.

S U M M A P R I V I L E G I O R V M.

RE G I S priuilegijs cautum est , ne quis citra voluntatem Christophori Plantini imprimat , aut alicubi impressum importet , venalémve habeat librum , cui titulus est , Laurentij Gambara Brixiani Poëmata , à die impressionis absolute intra quinque annos . Qui secus fxit , tum confiscatione librorum ipsorum , tum pœna , fisco regio exoluenda multabitur : vt latius in Regijs diplomatis expressum est , datis Bruxellæ in Cōsilio priuato , II. Septemb. Anno M. D. L X I X.

Signat.

De Langhe.

In Consilio verò Brabantiaæ xx.dic eiusdē mensis.

Signat.

J. de Langhe.

M A X I M I L I A N I I . Romanorum Imperatoris semper Augusti , publico edicto cautum & sanctum est , ne quis cuiuscunq; status , gradus , ordinis , aut conditionis fuerit , quacunque sacri Romani imperij , & ditionis eius fines patent , quæcunq; probatorum auctorū opera , quotquot vel hæc ter nōdum impressa , vel ab alijs quidem impressa , nouis autem deinceps scholijs , annotationibus aut commentarijs aucta & illustrata , Christophorus Plantinus ciuis & typographus Antuerpiensis primus typis proculderit , intra proximum sexennium à prima cuiusq; operis aut voluminis editione , vlo pacto eiusdem vel diuersi characteris forma excusat , aut excusa ab alijs , intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet , seu quoq; modo distrahat manifestè vel occultè , sub pœna decem Marchariū auri puri , quarū dimidia fisco Imperiali fraudis vindici , residua verò pars prænominato Plantino cedat , præter libroru ad imitationem impressorum amisionem , quos idem Plantinus ubique locorum nactus fuerit , per se , vel suos , adumento Magistratus loci , vel citra , propria auctoritate sibi vindicare , inq; suam potestatem redigere poterit . In cuius rei fidem ipsi Edicto manu subscripsit , & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas . Datū in ciuitate Vienne Austriae , die vigesima prima mensis Februarij , Anno Domini M. D. L X V.

Subsign.

Maximilianus .

Ad mandatum sacre Cæs. M. proprium ,
Haller.